*longo post tempore
multis post diebus
anno prope septimo
post urbem*

*quartum ante diem
praeessisse
animaduertimus*

*antequam/priusquam
sepius diuidi*

quam Athenas Písiítrati saua tyrannide oppressas viderit. Nomen meum prius obliuiscerer: quam vlla temporis vel lógissimi obliuía quæ ex te suscepti beneficia obliterare possent.

¶ Latini veteres quo modo vsi sñt nominibus tempus significantibus. Cap. XXV.

N Ec id nos lateat ordinalia in ablatiuo casu posita præteritú potius quã futurú tēpus significare: vt die quarto literastuas recepi. quod dices nudus quartus. Die quinto ad me rediit nunciu. Rapiant frumenta ex agris nostris quemadmodum tertio anno rapuere. Quum vero de futuro ætatis prisca latínates (qui plane ac dilucide loquuti sunt) loquuti erant dietertii vel dietertie / diequinti vel diequinte vno vocamine dicebant. quod aduerbium esset: cuius e medium corripitur. vt diequinti in Capitolio tibi coena cocta erit. ¶ Dies hic sextus quum nihil egi: diequarte moriar fame. ¶ Die pristino tamen & die pristini pro pridie vsurparunt promiscue. Hæc Gellius & Macrobius enarrat opulētius. In quo dubio pcul veneradē illi antiquitati adplaudo: q̄ ligua latinã hac re locuplerauerit. Qd̄ ab ætatis nr̄e oratoribus receptū / si foret: nihil esset quor secula hæc antiquitati tm̄ inuiderēt. An iḡr ab hac nr̄a ætate i qua antiquitas illa veneratiōis foecūda plurimū sibi vendicat repudianda sint: eruditorū schola viderit. Quū diuus etiã August⁹ (vt Gellianus vtar verbis) meo riarū veterū exequētissim⁹ linguę latinę nō nesci⁹: mū: dicarū pr̄is sui i sermōib⁹ sectator: i epistolis plurifariã signifiatiōe ista dieꝝ rō aliter vsus est. Et ita me deus pbabilem reddat vtendum censerem.

Ti. Liuius

Cato.
Popinianus.

¶ Nudius tertius/diu/& noctu quid significant:
& cuius sint inclinamenti. Cap. XXVI.

*quid dicitur
fons* N Obis laconica breuitati studentibus tam multa tam varia studiosorum utilitati genuina se offerunt, vt athicismo vti quasi compellat:

*utroque
quarto* Itaque nudius quartus compositum quasi nuper die quarto:& non nunc dies quartus (vti Valla credidit) Gn. Martii hominis impense docti verba contestantur. Quae talia Macrobius citat, Nuper die quarto vt recordor/& certe/aquarium vrceum vnicum domi fregit. Vt autem progressum multum in particula nudius tertius veteres habuisse non ignores: Plauti verba hic adscribere mihi volupe fuit. Ea autem haec sunt ex Must. Habitat (inquit) hic profecto. Nam heri/& nudius tertius/quartus/quintus/sextus/vsque postquam hinc peregre pater eius abiit. Idem in Trin. Nudius sextus cui talentum mutuum dedi reposcam:& in Truc. Here/nudius quintus natus quidem ille est. Quod vocabulum etiam me admonet; vt i credam latinos veteres dixisse dius & noctus inclinamenti quarti; quorum ablatiuos adhuc vsurpamus. Non enim aduerbia credit esse Macrobius Ennii poetae vetustissimi versus illos citans.

significatio Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti, Moenia; concubia vigilesque repete cruentant. Et item Hac noctu filo pendeat Hetruria tota.

¶ Vbi noctu esse substantiuum adiectiuum eius praemonstrat. Nec nostra mente delapsum est: quod apud Macrobius legere memini. Nox etiam in ablatiuo dicitur. Vt verba illa tabularum duodecim ab eodem addu-

ta comprobant, ea autem sunt hæc. Si nox furtum factum sit: si im aliquis occisit: iure cæsus esto. Obiter attendes: im esse aduersatiuum antiquum pronominis is. Adrendes itidem occido in præterito occisi tun e habuisse. Set quum oratorix artis / non grammaticæ Progymnasmata nos dicturum polliciti sumus: hic nimium hæremus.

¶ De Comparatiuis.

¶ Comparatiua & superlatiua in fine orationis ponenda. Cap. XXVII.

Comparatiua & superlatiua orationem non sine multo venustatis lepore terminant. vt nihil est virtute tua præstabilius. Nullus vnquam apud latinos natus est Cicerone doctior. Mores tui sunt omnino compositissimi. Amicitia qua te persequor est maxima. Charondas Turinis leges condidit sanctissimas. Te laudant omnes maxime. Numa Pompilius vixit religiosissime. Dulcedo loquendi tecum me compulit / vt epistolam scriberem aliquanto longiorem. Qua me complectaris beneuolentia: literis eam testaris amplissimam. Qui alios exaudire nolunt: ii sunt Toroneo portu surditiores. Quod est frigidissimum: id est Tanai Scythico frigidius. Quod in animu iducere nõ potes: vt credas: est re apud Sagrã gesta verius. Secunda meliora. Orientem solem quam occidentem venerantur: plures. Licet apud Geliu legere meminerim plus non esse comparatiuum.

¶ A quo expeditior & celerior remuneratio fore vis Cic. *in Balbino*
detur: in eum fere est voluntas nostra propensior.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Orationem autem efficias pfecto legendis nostris
 pleniorum **C**Rerum omnium ex quibus aliquid exqui-
 ritur: nihil est agricultura melius/ nihil huberius/ nihil
 dulcius/ nil homine libero dignius. **C**Hæc vobis le-
 uiora videtur quæ sunt grauissima. **C**Contra officiũ
 est maius dānum anteponi minori. **C**Haud scio an sa-
 tis siteũ qui laceſſerit: iniuria suæ poenitere: vt & ip-
 se ne quid tale posthac committat: & cæteri sint ad iuri-
 am tardiores.

Idem.

Quum iurato dicenda sententia sit: meminerit deum
 se adhibere testez: id est (vt arbitror) mentem suam: qua
 nihil homini dedit ipse deus diuinius.

Plau.

Uthic est thesaurus stultus in lingua situs: vt quæstui
 habeant loqui melioribus.

Idem.

Incipere multo est/ quam impetrare facilius **C** Vbi
 ad paupertatem immigrat infamia: grauior pauper-
 tas est: fides subleſtior.

Idem.

Flamma fumo est proxima **C**Bene consultum sub-
 ripitur sapissime. **C**Suspitione impleuit me indignis-
 sime. **C**Boni mores dum agrotant: interim mores ma-
 li quasi herba irrigua succreuerunt huberrime.

Idem.

Idem.

Idem.

Comparatiuum & supellatiuum a latinatibus
 substantiuo postponi. Cap. XXVIII.

Illud quoque est piperata oratorum facundia
 coherentissimum: vt quum vocabulo alio ora-
 tionem canore terminaueris: comparatiuum aut
 supellatiuum substantiuo postpositum sapius curaueris.
 mala plurima adfert mala vicina. Commendatio virtu-

tis honores amplissimos comparat. Eloquentiæ suauitati alimenta dulcissima s̄bet exercitatio. Scipio Aphricanus bellicis rebus quam vrbani gloriã maiorem sibi cumulauit. Scientiæ quam pecuniæ melior possessio est. Duobus digitulis primoribus cibum/pecuniam/& reliqua hoc genus omnia/qui h̄onestati studet adicipiūt.

¶ Tum denique liberati per viros fortissimos videbamur. Cic. Idem.
¶ Non venire contra iniuriam, quam iste intercessit. Idem.
¶ Non venire contra iniuriam, quam iste intercessit. Idem.

¶ Vti etiam in principio orationis eleganter ponatur dicturũ confido. Vt amplissima quæ apud me collocasti beneficia, ad vitam cultiorem me inuitant.

¶ Particula quam inter adiectiua duo ratione comparatiui posita.
Cap. XXIX.

Quoniam orationes/omnino texere volumus ad Archetypon oratorum exactissimum: illud quoque obseruandum sit, vt quum in oratione comparatiuum est aliquod, cuius causa adiectiua duo idẽ substantiuũ habentia coniunguntur hac particula quam secundo adiectiuo substantiuum postponendum esse censemus. Comparatiuum vero vtrique eleganter præponas; sed postposueris elegantius. Consulendum est potius multis quam paucis hominibus, honestam quam probrosam ducere vitam præstabilius est. Sacra quam prophana lectio mihi multo iucundior est. Hanc tamen elegantem esse sacra lectio quam prophana multo iucundior est non negamus.

Aliquanto satius fauorabili quam inuisæ rei vacare. Valer.

Idem factitandum tibi persuade: si regentia duo vnum
rectum/aut recta duo/vnum regens habuerint. Vt So:
lonis quam Draconis legibus vti fuit dulcius: Ciceronis
quam Hortensii in dicendo facultas fuit amplior. Elo:
quentiæ quam diuitiarũ copiam habere censemus esse
vtilius. Amicitia quam fortunæ statum inibus statum:
nari multo certius est.

Quam ante comparatiuum poni. Cap. XXX.

Receptio hæc me admonet: vt itidem præcipiã:
Comparatiuo vel cõparatiui naturam quãdã
habenti vocabulo nõ indecore particulã quã
præponendam esse. Vt humanis rebus consultum opti
me putamus: quum euirati homines apio/ quam Sepia:
sario vngento potius indigent. Amicitia tua/ quam
fortunæ fauore maximo vti mihi optabilius est. Vitiis
quam diuitiis plures inuigilant Baccho quam bacculo
hominum pars maior innititur Orationi/ quã arationi
operam dare aliquanto nõc honestius est. Templũ illud
Beatæ Mariæ Rotundæ (quæ nunc Virgo a d matres
dicitur: antiqui vero hellenissantes Pãtheon vocarũt)
sanctis oibus consecrãdo/ quã illi spurcæ Iouis vltoris/
Cybeles/ ceterorũque idolorũ relegiõi relinquendo Bo:
nifacius ille quartus christianæ rei melius puidit. Hoc
ideo exemplũ pono: vt noueris candide lector: me adeo
distẽrum cotidianis lectiõibus (quarum apud nos fre
quens est multitudo) vt nisi subsistuis horis et tumul:
tuariis/ occupatissimoque noctisurgio, aliquid scribe
re nos nõ posse. Quod igitur diuersam stili varietatem
inuenias: id impedimẽtis illis adscribas velim. Nũc ve
ro quũ sanctorum omnium celebritas est: id ipsũ quod

consumimus: & quod reliquū superest: ad Progymnas:
mata hæc scribūda vertimus: set de hac re adhuc laconi-
ce breuitati studere: quam multiugis paginis infantia-
meq̄ maciē publicare malo. Impolita quædā & rudia/ q̄
punicata agrestibus & hircosis hoibus gratiora sunt.
Colophonem addere / quam e pumice aquam petere
melius est. Tippulæ pondus quam multorum memo-
ria huius hominum fides leuius est.

Quamuis enim Themistocles: iure laudetur & sit eius
nomen quam Solonis illustrius.

Multo multoque seipsū/ quā hostē superare operosius.
Loci oportunitate/ qua plurimū adiuuabatur/ spoliatus
occidere dimicās/ quā adsignatā sibi a patria stationē/
deserere maluit. Sua cæde restari voluit se Fuluii crude-
litate suggillare/ quā senatus misericordia vti maluisse.
Regibus boni quam mali suspectiores sunt.

Te de aliis quam alios de te suauius est fieri doctos.

¶ Superlatiuum a suo comparatiuo rectum
augeri. Cap. XXXI.

Superlatiuū significatum particulis plurimis
(quarū aliquot dicturi sumus) augeri: nemo
homo: q̄ etiā a vestibulo (vt dicit) musas sa-
lutauerit: ignorat. Illud tñ qd̄ litteratoribus nō omnino
est obuiū me opere natio delectat. Suplatiuū in ablati-
uo a cōparatiuo suo rectū amplius dicto augeri. Vt do-
ctissimo doctior es: Felicissimo felicior: Laudatissimo
laudatior: Elegantissimo elegatior: Leberide & cingalo
mendicissimis hominibus mendicior. Positiuū etiam
nonnunquam in ablatiuo ab suo comparatiuo regi ani-
aduertimus. vt Stulto stultior: Prudentiore prudentior

red fub
pauca
qui

red abque
qui dicit
hoc

Cic.

Valer. *Epist. 1. 1. 1.*
Idem. *Epist. 1. 1. 1.*

Idem.

Salust.

Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.

Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.

Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.
Epist. 1. 1. 1.

Aristides quoque ætatis suæ iustissimo fuit iustior.
Caius Fabricius & Coruncanius antiquissimi viri: vel
etiam his antiquiores Orati illi trigemini plane ac dilu-
cide cum suis fabulati sūt: neque Aurūcorū/aut Sicano-
rum/aut Pelasgorum (qui primi coluisse in Italia dicen-
tur) set ætatis suæ verbis loquebantur.

Ouid. Adcedat lachrymis odium: dignusque putere:

Qui mala quum tuleris plurima p̄ura feras.

Plau. Si sis stultior stultissimo.

Miser hō est q̄ ipse sibi qd̄ edat: q̄rit: & id̄ egre inuenit:

Set ille est miserior: qui & ægre querit: & nihil inuenit.

Ille miserrimus est: q̄ quū esse cupit: qd̄ edat nō habet.

Qui dicēdi modus p̄ louem lapideum pulcherrimus est.

Vt felix est pecunię indigens: cui literarū amor est: set

felicior: cui cū scientię cupiditate pecunię adest copia.

Ille felicissimus est: cui illa literarum cupiditas earum

professione exatiata est.

¶ Particulis quibusdā suplatiui fieri a uel in Ca. xxxii.

Quamquam Dathus & Valla particulis pluri-
mis positiuo adiūctis superlatiui sensus effin-
xerunt. Nos tñ aliquas positori sumus: adces-
sione quarū ad superlatiuum simul & adcedit superla-
tiuo incrementū. Hæ sūt eiusmodi lōge/multo/nimirū/
maxime/ipense/cumulate/sine p̄trouersia/vsq̄quaue/
oīno/vt vt/vt cūque/absolute/vn de quaue/vt Cumu-
late doctissim⁹: vsque qua q̄ eloquētissimus: Phocid̄ sine
p̄trouersia fuit optimus. Socrates oīo fuit sapiētissimus
Bonas artis qui sinceriter cupiūt/adpetuntque: ii sunt
vel maxime humanissimi.
Paneti⁹ in cōtrouersia de officiis adcuratissime scripsit.

Aulu. gel.

Cic.

proficientissimam verborum redundantiam in caput
meum funditasti. Quanta potuisti fecundissima apud
me collocasti beneficia. Quanta possum maximavebo
rum amplitudine gratas gratias confessor. Quantum
potuisti dedecus maximum in phamam meam conie
cisti. Sit igitur quātus generis / casus / et numeri eius dem
cuius erit superlatiuū. Iam vero de nō solū reliquū est di
cendum. Coloratior fuerit oratio si nomen collocaue
ris. Vt non pecuniā solam: set & animam causa tua ex
ponerem Non virtuti soli: set & literis opera dāda est.
Non eloquentia sola set et reipublicæ administratione
cumulara gloria queritur.

¶ Ex nominibus habentibus vocalem ante is
vel vs comparatiua formari. Cap. XXXV.

Nec solocisabis candidē lector: si ex nomine
adiectiuo vocalem ante is vel vs finales sylla
bas habēte comparatiuum inclinaueris. Stren
nuus enim strennuior apte & vsurpatiuē producet. vt
illud Plau. in Epid. Nam (inquit) strennuiori dererior
si prædicat suas pugnas: de illius ore fiunt sordidæ. Et
tenuis tenuior habet vt idem in Rud. Quanti magis ex
tergeo rutilum atque tenuius fit. Et ne id abusque Curi
atate repetitum: existimes: (Plautū enim latinæ linguæ
Delicias antiquitatis nimium adfectatę triuales & semi
docti homines postulant) Ciceronis latinatum omnī
spirarchę verba audias. Quæ sunt hæc ex secundo libro
rum: quos de officiis scripsit. Benignitas (inquit) etiam
reipublicæ utilis est: redimi e seruitute captos: locupleta
ri tenuiores. Quod vocamen Ciceroni frequentariū est.
Nūqd tamē ita ptulit idoneior Bap. Pius: quem vnum

Plau.

omnibus synchronismi nostri in literis lauream facile erepturum arbitror. Quemque vnum colo / supicio / obseruo. Quocum absente vt præsente super latialis eloqui p̄stabil p̄stantia colloqui soleo. Quē Silurū suū redamaturū vbi hæc viderit (si forte viderit) & mihi spero & (arrogantia faceſſat) spondeo. Set in cerraminis campū repedemus. Eius Pii (quem dico) verba sunt hæc in adnotationibus. Adde quod (inquit) & sensus idoneior & cohærentior. Is ipſus (quē) dico iuueniorem itēdem dixit (vt id parerga dicamus) de Ligella quæ tenerioris iuueniorisquæ fœmoris amatoribus suis videri discupiebat. Ex aliis si apud scriptorē fidei spectare reperias vtare. Nec alias commonefacio. Rei enim grammatice vsus autoritate sola statuminetur. Nec positiuū eius superlatiuo vtī posse tibi persuadeas: nisi comparatiuo itēdem putes vtendum. Aufonius vsurpauit p̄sissimum: quo significatur: eius comparatiuum ab vsu nō omnino alienum esse.

C Anominibus (quæ queniā a verbis originant ideo verbalia dicunt) inclinamēti, cuiusmodi est venerandus comparatiua non deduces: si antiquitatis illius reuerendæ vestigiā obseruare cōtenderis: si vero cum ætatis nostræ oratorib⁹ (vt phauorini ill⁹ Geliani fert sētētia) colloqui adfectabis: eorum vt reliquorum superlatiua vsurpato: vt collendissimum / reuerendissimū / & alia rationis eiusdem. In illa tamen antiquitatis vestigiā fascilius inīit sententiā mea.

C Aliqua superlatiua quibus vsi sunt veteres

Cap.

XXXVI.

f iij

distantiæ in significato habere facile contenderim. Ut
sit magnificare magnificum prædicare. Est ante magni-
ficus qui magna facit: quod diuissim ibi platū est. Quia
fecit mihi magna q potens ē. Magnificere vero sit exi-
stimare plurimū. Ut virtutē tuā magnificio. Qd̄ autem
reliquum est; Valla neque benedicuz/ neque benedicere
in voce vna repiri posse adseuerat. Nisi Chilo ille lace-
demonius mortuis maledicendū vetuisset: cū Valla iam
cinesactio colloctaret. nec illi benedicere. qui bñdicere la-
tinum esse negauit. Plauti igitur (ne longioribus vtar
diuērbis) verba hæc sūt i Asin. Quū illiciebas me ad te
blāde/ & benedice. Et itē eya bñdicite/ ite intro cito/ vas-
lete. & in Trinū. Te potius benedicere equū est homini
amico: quā male. Dicerē etiā mediterraneū a Plynio sæ-
pius vsurpari: quū meditullius vel mediterreū dicendū
censeat fest. Pompeius nisi isthęc in quæ iā longum di-
uertimus grammatalia: quā oratoria potius essent.

¶ Comparatiuū p̄ positiuo eleganter poni.

Cap. XXXVIII.

Multum etiam oratoribus vsratinimū est. ut cō-
paratiuum p̄ positiuo ponat: quū positiuū
habet particulā multū sibi adiūctam. multum
lætus/ lætior. multum tristis/ tristior: multum gaudeter
gaudentius: verborum nitore pigmentata oratio auris
bus iucundior est. Fortunā rebus tuis aridentē/ foelic-
cius vbi audiui: Sīdoniana illa verba inelamaui. O ter-
que O quaterque beatū te: de cuius culmine datur amis-
cis gloria: inuidis poena/ posteris glia: p̄terea vegetis et
alacribus exēplū: desidib⁹ et pigris icitamentū. Peniti⁹
cordis medullarumque secretuz sitis depopulatur. Vul-
pes p̄irum facilius comest.

Cic.

Valer.

Idem.

Amicitias quæ minus delectent/ & minus probent magis decere celeriter sensim diffuere: quã repete pcedere.

Bona mentis vserpacio nullum tristoris fortunæ recipit incursum. Quorsum adinet/ aut diuitias i prima fælicitatis parte: aut paupertatem in vltimo miseriarû statu ponere. Quum & ilarum frons hilaris multis it? amaritudinibus sit referta: & huius horridior adspet? solidis/ & certis bonis abundet. Caduca nimirû/ & fragilia/ puerilibusque concenanea crepundis sunt ista: quæ vires atque opes humanæ vocantur. Adfluunt subito/ repete dilabuntur. Nullo i loco/ nulla in persona stabili? nixa radicibus cõsistunt. Set incertissimo statu fortunæ huc atque illuc acta quos in sublime extulerûnt improviso recursum desitutatos in profundo cladiû miserabiliter immergunt.

Adiectiuum a comparatiuo rectum i in ablatiuo. Cap. XL.

Qvod etiam dicturi sumus in literis summatis bus viris perfrequens est. Comparatiuo habet te verbu aliquod: aut adiectiuum cum verbo sum particula quam interiecta sic vrare: vt verbum ipsum in participium teporis præteriti casus ablatui cõmutes: aut abreodo verbo sum adiectiuu in ablatiuo colloces. Quæ præceptio exemplis se videndam clariorem ostendat. Vt solito fælicior, i. quam esse consueuerit. Aeratis huius homines quas adceperunt iniurias/ depellunt violentius: quam honestum sit. Vnctor profecto oratio est: si dixeris. honesto violentius depellunt. Qui nimia temeti redundantia iamque putria habent illa: hi ab Dionysiis ad Nephalia sacravitij tardius trās

Blasphemia dignissima
Cic.
Hic
Valer.
Idem.

Depellunt
in quo

scit. Dionysio pi^o & quo paratas. Themistocles adule-
scens liberius iullo vivebat. Cachinus est effusus plus
& quo risus.

¶ Dico citius tumida & quora placat.

Verg.

¶ Loco participii huiusmodi/nome ablativi cas^o eius-
dem prope significatus apte ponitur. vt Cicero erat elo-
quentior qua^m credi possit: dices. Cicero fide eloquentior
erat. M. Crassus erat ditior opinione hominum. Id est
quam homines crederet: sic enim lubet interpretari. Est
prudetior voluntate mea. i. quam ego velim. Maius for-
tuna tua facinua aulus es & alia compluria.

¶ Ut huc curau: vt opinione illius pulchrior sis.

Plau.

¶ Semitariu illud secundu quod quisque supra
tuiti vsurpatione fugiendu esse. Cap. XII.

Emendatum vulgus hominum huiusmodi

S orationibus vti solet: secundum quod quisque
diues est: a literarum studio retorridus est: dis-
cendi modum ex infima (credo) plebitate sumptum ad
patriciorum vsu traduces: si in orationibus duab^{us} duo
superlatiua collocaueris cum particulis vt & ita. Dices
itaque. Vt quisque ditissimus est: ita a literis retorridus
maxime sentitur. Vt claris naribus quisque est praestati-
ssimus: ita superbia eminentissim^o. Vt literaru studio-
sissimus quisque est: ita censetur optimus. Vt numum
cumulo cumularissimus homo est: ita virtuti habetur
inimicissimus. Absque his particulis vt & ita sapicu-
le id fueri videmus. Qui vincendas manus voluptati
mollissime dat: is in sordium volutabro volutatur pae-
minosissime. ¶ O prime societas hominuz conuenticio
que seruabitur: si vt quisque erit conuenticissimus: ita in eum

Idem.

plurimum benignitatis cōferetur. ¶ Primū illud in offi-
cio est: vt ei plurimū tribuam⁹: a quo plurimū diligimur.

Idem.

Nec dubitū: quin maximo cuique plurimum debeat.

Idem.

In collocando beneficio: & in referēda gratia (si cetera
paria sint) hoc maxime officii est: vt quisque maxime

Idem.

opis indigeat. ita ei potissimū opitulari. ¶ A quo plu-
rimum sperant: etiā si ille his non eget. tamen ei potissi-

Idem.

imum inserviunt. ¶ Vt quisque animi magnitudine ma-
xime excellit: ita maxime vult omnū princeps esse: vel

solus esse. ¶ Quid igitur venustatis & quā longo qua-
si spacio ab vulgaria illa loquutione distet iā tibi esse
perspicuum conicio.

¶ Particulas vt & ita modo alio quē loquentiu...
vulgus vsu incōposito deterat vsurpādas. Ca. XLI.



Illud in Galliā inoleuisse / iualuisse / irroboras-
se nouim⁹: vt aliqd ab nobis petētib⁹ rñdere solea-
mus pticulis istis / ita / etiā / sic. Qd quā a rōanę
linguę puritate alienū sit: q̄ ad tēta aure scriptorū fidei
recepta monimēta lēctitauerit: aut mūditer loq̄ntes aus-
diuerit: oino facillime diiudicet. Et ne longioribus vtar
diuerbiis. Querētī abs te aliqd p̄ idē verbū rñdebis. Vt
scripsisti ne ad patres: rñde. scripsi. An ne ad me venies:
Veniā. An ne diuitiis añponendā esse virtutem censes:
Cēseo. Negatiue si rñdebis: pticulā nō solā posueris. Set
elegātior erit oō: si verbū additaueris. Habes ne pecu-
niā: Nō: vl. Nō habeo. An ne tibi nocere aliqs conatus
est: Nullus. vel. Nullus conat⁹ est. Illud itidē vitio ascris-
bendum est: qd vulgaria hoīm loquutio illas particulas
ita qd recipiat: quod ex plebitate infima sūprū arbitror.
Sic em̄ isti dicere solēt. amat te multū: ita qd sine te viue;

re non posset. Hęc igitur Gothici sermōis barbariē merā
 eiicere si volueris: vtendū sit particulis adeo/vt vsque
 adeo vt/vel itavt. Dices igitur ita te amat: vt sine. &c. vt
 adeo te amat: vt sine. &c. vt vsq̄ adeo te amat vt sine &c.
 Subiūde vt & ita in orōne ita collocabūnt: vt si adiectiui
 noibus addideris: ea fuerint eiūsdē cōparatiōis gradus.
 Verbis itidē nō minus venuste adiūgnnt. eo tñ ordine:
 vt vtrū melius congruere visū sit præponas. ac inter ea
 semp aliquid interponas. Vt ita iustus/vt doctus. Vt de-
 formis: ita miser p̄spiciat. Vt honestū est parētū nobiliū
 titulos virtutis adcessiōe cumulare: ita deforme ab eis ac
 liquid detrahere cēsent oēs. Caius Cæsar. M. Cicerōe ita
 fuit eloquentia inferior: vt bellicis laudibus superior
 Vt optimo quisque datus est ingenio: ita ad summum
 virtutis fastigium contendit maximē. ¶ Vt quisque for-
 didissimus videbitur: ita libētissime seueritate iudican-
 di sordeis suas eluet. ¶ Vt mori neminē solere memine-
 rim⁹: q̄ nō vixerit. ita nec viuere aliquē qdē posse: q̄ nō
 sit moriturus. ¶ Oportet versari in conuiuio sermōes:
 vt castitate integros: ita adperibiles venustate. ¶ Profe-
 cto vt loquor res ita est. ¶ Ita diis est placitū voluptati
 vt inreor comes p̄sequat. ¶ Inimici phamam non ita vt
 nata est: ferūt. ¶ Ita est amor: balista vt tacitur.

Cicero.

Valer.

Macrob.

Plau.

Idem.

Idem.

Idem.

¶ Superlatiuum aduerbii regere genitiuum
 omnium aut quoduis generale nomen

Cap. XLII.

Quoniam de superlatiuis tam multa conueni-
 mus illud sibi nō inuoluendum non putauim⁹
 mus. Aduerbia superlatiua si genitiuum hūc
 oīm/aut quoduis nomen aliud generale regāt: orationi

pondus impensum superponent. Vt Antonium Boul-
lainuillerium re vera omnium amantissime diligo: eius-
dem amicitiam omnium diligentissime adseruabo. Scia-
pio romanorū fortissime pugnas depugnauit. Quod
omnium facinorissime commouit: in meum nūmū
(vt aiūt) & talentum tuū fecisti. Te o'fensa valetudine
distentum esse minime omnium velim. Pro beneficiis
mali messem metere omnium iniquissime fit. Generis
cuius recentiorum literas exosculantium orationes sca-
turigine multa p'scatent. Eas enim suas orationes variis
dictionū quasi picturis maxie oīm variegare p'cedit.

¶ Post cōparatiū: quaz postponi: et post quam:
vt vel qui / quaz / quod. Cap. XLIII.

QOS aliquid exprimere nō posse quum dicere
volumus: huiusmodi orationes maiore ad-
spiciuntur venustate: quam vt scriptis aperire queā. Vt
si dicere velim. Non possem verbis exprimere quantū
te diligā. Oratio illa fuerit venustior. Qua ego te cō-
plector benevolentia maior est: quam vt dicere possim.
Amplitudinem fortunæ tuæ terras omnes / omnia ma-
ria fulgore suo late occupātem cognosco maiores: quā
vt manu mea adtentari debeat. Clarior est phamæ tuæ
celebritas: quam quæ liuidulorū oculis lippitudine fœ-
da cæcutientibus videri possit. Beneficioruz tuorum
apud me collocatorum cumulator est altitudo: quam
vt eorum gratias referre valeam. Tetrior est ingratus-
dinis tuæ suggillatio: quam que in tenues auras euanes-
cat. Compluria hoc genus exempla vt vis compone.

Macrob. ¶ De epicteto phō nobili: qd' is quoq' seruus fuit rece-
rior est memoria: quā vt possit iter obliterata nesciri.

¶ Vnusquisque etiā superlatiuo addi: & cōpati-
uum de plurib⁹ gñis eiusdē dici. Cap. XLIII.



Nusquisque positiuus adiungitur vt Laurenti
cū præceptione non aspernanda traditus est:
cum superlatiuo conuindum depræhēdimus
apud Valerium Maximum latinæ rei gravitate nomi-
natissimum. Cuius verba sunt hæc. Idem (inquit) sensit
Fabricius Lucinus honoribus & autoritate omni ciue tē-
poribus suis maior; censu par unicuique pauperrimo.
Vbi transeūter adredas id quod multis non satis i grā-
matica eruditis adferre solet dubitationem. Id autē est.
Comparatiuum comparatiue adceptum dici posse de
pluribus generis eiusdem Vt apud Plautum Antipho-
tres habens filias natu maximam visurus: ad meas (igt)
maiorē filiam inuiso domum. Multa hoc genus exē-
pla Auli. Gel. non infrequens lectio te docebit.

¶ Vnus cum superlatiuo adiūtū. Cap. XLV.

Idetiam oratoribus frequētariū est: vt nomē
vnus pro solo adceptū superlatiuo cōiungat.
Eius enim sensum auget maxime. Vt tu vnus oim
mihicariſſimus es. Te vnū altissimum virtutis fastigiū
suspicio. Democritū vnum in risu fuisse profuſissimū
nemo nescit. Lu. Crassum ab risu vnum fuisse abstinen-
tissimum Plinius contestatur.

¶ Quem vnum ciuitatis nostræ audio dicere præstan-
tissimū. Rei huius ratio est: quod si in eloquētia multi
vna cum Cicerone excelluerint: illud vere possum dices-
re: Cicero fuit eloquentissimus: ad id sensi: Cicerone
nullus fuit eloquentior: tamen si eloquentia multi fue-
rint pares. Quum vero dicis: Cicero vnus omnium fuit

*quod dicitur
fuit superlatiuo
fuit*

*omniſſimus
rabellius quod
h. vni / 126
m. al. m. f. vni*

Cic.

eloquentissimus: iā nullum illi parē adfuisse significas.

¶ **C**omnis cū positiuo / & comparatiuo: quisque cū
positiuo & superlatiuo aduinctum. Cap XLVI.

IN oratione quum adest superlatiuū siue nomē
siue aduerbiū: in ea ipsa oratione vocabulum
quisque sepius: & oīs insolēter ponat. Sin ve
ro nullum adest superlatiuū vtri volueris locū adsigna
bis: frequērior tamē sit oīs vsurpatione. Vt oīs orator
bōn⁹: oīs grāmātista melior: Omī ciue melior: Optim⁹
q̄sq̄: pbatissimo q̄sq̄ igenio. Spectatissimis quēq̄ mori
bus gñis hūani cōmūitas fauore sūmo pplectit. Ornatiss
simis quēque literis cōpositū popularitas oīs admirat.

*Amurcatissimo quisque igenio dignus est: ex cuius cor
pore fiat litera longa. Nec te dimissū velim eādē de lector:
nisi prius admonitum. vocē quisque suplatiuo postpo
ni nō inelegāter. Honestissime quisq̄ viuens vicerosas
perditorū cōsciētias exemplo suo cicatricat. Dein quis
que addi positiuo nō oīno negamus. ¶ Qua in re cla
rus quisq̄ ē: ad eā pperat & diei ptē illi plurimā ipartit.
Quisque cum nomine numeri quid significet.*

*Amurcatissimo quisque igenio dignus est: ex cuius cor
pore fiat litera longa. Nec te dimissū velim eādē de lector:
nisi prius admonitum. vocē quisque suplatiuo postpo
ni nō inelegāter. Honestissime quisq̄ viuens vicerosas
perditorū cōsciētias exemplo suo cicatricat. Dein quis
que addi positiuo nō oīno negamus. ¶ Qua in re cla
rus quisq̄ ē: ad eā pperat & diei ptē illi plurimā ipartit.
Quisque cum nomine numeri quid significet.*

Aul. Gel.

Cap. XLVII.

Quisque: nō oīs postponit nōi numeri signis
ficanti vt decimus quisq̄: Centesimū quēque.
Quid autē quisq̄ significet: id conspirati oīm
adensu (q̄ in ea re nullus est) dici non pōt. Quū enim
(inquit Valla) dico. Dabo tibi ex ouib⁹ decimā quāque:
nō eā intellego: q̄ numerādo decima eueniet. set vnā de
decē: q̄cūque sit: vel melius (quod dici solet) ex sigulis
denis vnā quēcūque sit numerando. Citat idem exem
plum illud Cæsaris. Legionē pducta cognoscit nō deci

mum quæque esse reliquū militem sine vulnere. In quo exemplo Vallæ adplaudo. Caterū in multis aliis ab eo dissentanea est nra opinio: i illo ei exēplo: Diarē Tauricæ vt decimus q̄sque hospes mactaret: Hecate instituit: quis nō videt decimū quæque hospite adicipi p̄ singulis decimo loco v̄ ordine adueniētib⁹? Quarto quoq̄ anno est bisextū: Quinto quoq̄ anno p̄dēdū Iustrū Serui⁹ Tullius edixit. Ceterū quoq̄ anno s̄culares Iudi celebrant. Primū quæq̄ militē noīe bono consules faciebant. Quū igit̄ cotidiano sermōe dī vnus ex decē: vn⁹ ex quæque: ad latinā eloquentiā p̄ximius dices: decim⁹ q̄sque: & id tū significabit qd̄ Vallæ memoriæ p̄didit. Quum vero trivariis loquendo dices omnis decimus: decimus quisque dicendum sit. Et eum significabis: qui decimus est numero.

¶ Aduerbia quāritatis in v̄m positūis: & in/o/ exeuntia comparatiuis addi. Cap. XLVIII.

Qua aduerbia quantitatē significare dicimus a noibus p̄fecta: cuiusmodi sūt tm̄/quātū/aliæ quātū/parū/pauxillū/multū/modicū/nimis/nimiū/nihil/nihil/nihilū/et cetera si q̄ sūt ḡn̄is eiusdē: ea positūis/aut verbis p̄t̄gūt. Quū vero eadē i/o/exeūt cū p̄paratiuis/āt vocabulis p̄paratiuorū vim h̄ntib⁹ nō inuenisse maritāt. Vt multū doct⁹. Multo doctior Nihil bonus. Nihilo melior. Quos nobilitatis p̄ceres liberos p̄creauere: si ad multo deteriora īgeniū adpellāt sūt: si adceptā noīs claritatē fugillāres i tenebras discutiūt obscurissimas. Clara nataliū p̄pagatiōe orti virtutē si nihil p̄dūr: e calcaria i carbonariā decurrūt. Nimioplus sapio sedēs Accus tūc haud puo iunior ad Pacuū diuertit. Sed in re non dubia tēlibus nō necessariis

*obscuro...
quis manifestus
hanc bonis est
si vltim*

Au. Gel. 1. p. 1. 1. 1.
vultus

vtimur. Illud tamen surdis prætereundum non est testi-
monis. Huiusmodi aduerbia in vñ exuentia etiam cõ-
paratiuis adiungi posse. Latine eni (licet fortasse minus
ornate) dices: multum doctior: vt Gelius cætera stadia i
terris Græciæ istitura dicit fuisse aliquântulum breuiora:
quam quod Hercules pedibus suis modulatus est.

Valer.

Aul. Gel.

¶ Quantum domo inferior: tñ gloria superior euasit.

Videri ea sibi duriora paulum & acerbiora.

De particula nihil idem dicendum censemus.

Therent.

¶ Nihil minus imo magis auge suspicionem. Qui dis-
cendi modus licet rarior sit. Eum tamẽ dicendum putas
uimus: vt te cõmonefaceremus nullam certam & probã
dicendi præceptionem quæ firma stabileretur: dari posse:
Vt Valerium Probi in dicere solitum fuisse Gelius
scribit. Cuius verba hic adscribere mihi uisus est opere
precium. Si aut verum (inquit) pangis aur orationem
lolutam struis: atque ea uerba uti dicenda sunt non fini-
tiones illas prærancidas neque foetundinas grammatice
cas spectaueris: set aurẽ tuam interroga. quo quid loco
cõueniat dicere. Quod illa suaserit: id profecto erit rec-
tissimum. Hæc ille. Non igitur mirere lector si non ad-
sidue præceptiones nostras obseruari cognoueris: quã
etiã a grammatice præceptionibus pro purgatarum au-
rium iudicio declinandi m sit.

¶ Particulã quo pro uti addẽdam esse comparati-
uo & non posituo, Cap. XLIX.

QUOS ætatis huius vel doctissimos oratores
in erratum illud (si forte dicendum est erratũ)
incidere læpius animaduertimus: vt particulam quo p
vt uocabulis omnibus promiscue adiungant. Quod

facile diiudicabunt ii: qui in eorū adtenta leſione tem-
poris aliquantū cōtriuerint. Hoc ideo vos admonitos
velim: ego enim ipſe arbitror dictū illud (vti plæraque
alia) ab eis imprudenter. Nec eorū phamam phamatiffi-
mam obliterare velim: quo mea tenacius in humanis pe-
ctoribus imprimatur. Nō igitur dices. Ego ad te ſcripſi
quo nō ignorares amicitia qua te pſequor: Dices enim
qui vel vt. Brachmanz ex Tātali phiala bibere ſolebāt:
quo firmior iter eos ſtatuminaretur amicitia. Sopno
et cibo parce vt edum eſt: quo magis acuminetur/igenit
acrimonia. Afabis abſtinēdum cēſiuit Pythagoras: quo
fælicius uiuerent homines. Multa hoc genus exempla
tibi tu ipſe pronuncia: quo res ipſa ſit. uſurpatione fa-
cilior. Qui igitur pro vt poſitiuis & uerbis: quo com-
paratiuis cōiunctum eſt ſemmonē eorum qui munditer
loquenti ſunt geminius.

**Superlatiua aduerbia in e/vel in
um exire. Cap. .L.**

Quod autem Valla cuſ Prifciano vt in aliis
multis ita in eare non ſentiens ſe. nuſquaz au-
toruz legiſſe potiffime ſer potiffimum adſe-
ueret: i eius ſenrentiam facile pedibus eo. Aduerbia em̄
ſuperlatiui gradus quz in vni exeuntur: finitionem e-
abnuunt: quibus cōtra in e finis eſt: ea finitionē vni re-
fugiūt. Vt quia doctiffime legimus: doctiffimū latialis
particula nō eſt. Maxime nō maximū p̄nuncies. Plus-
rimum non plurime. Potiffimum igitur non potiffime
dicendum tibi perſuadeas. Quod uero minime & minis-
mum latialiter uſurpentur: idem Valla autor eſt Minis-
mum proprium eſſe ſuperlatiuum: Minime uero pro
negatione ſola adicipiendum.

¶ Quo pro quanto: & hoc vel eo pro tanto si-
mul ponenda. Cap. LII.

Quod illud ignoramus particulā quo pro quāto
& hoc vel eo aduerbia pro tanto a doctiorib⁹
sapius vsurpari. Hoc tamen modo: vt cū quā-
to adiungas tāto: Vt quanto pericles Themistocle fuit
eloquentia superior: tanto bellieis rebus inferior. Ita cū
quo adiunges hoc vel eo vt Quo facilliore ingenio nati
sunt homines: eo ad summum rei publicæ fastigium en-
sius contendunt. Non igitur dices: quo magis te amo
tāto plures ad te literas misit sculo: set eo plures / vel hoc
plures. Quo magis arca nummis refertor: hoc magis
satietas euacuatur. Quo tenuior in arca resus est hoīni-
bus: eo vehementior est eis ad literarum studia cupiditas.
Quo pauciora gessimus: eo plura nobis gerunda
superant. Quo sapius Montisacuti frequentiam mecum
agito: eo magis in eiusdem seminis paruis hzilito.

Cic:

¶ Quo difficilius: hoc præclarus est.

¶ Relatiua quale & quantum vel sola in ora-
tione ponenda: vel antecedentibus præponen-
da. Cap. LIII.

Quoniam tamen aliquot in literis multi nois
præcepisse audimus: vt antecedens tale præce-
dat relatiuum quale: taliter qualiter: tñ quān-
tum: toties quoties: tanto quāto: & alia si qua sunt hoc
genus. ¶ Vti dices Talis fuit in eloquentia Cicero.
qualem nemo inter latinos audiuit vnquam. Quid sup-
ea re cōperti habeamus: hic exponere visus est opere
precium. Modum igitur hunc dicendi a coridiano
non multum distantem multi ex recentioribus (qualis

multum quibus solent non agere

est Politian⁹ vsurpant: aliquo tamen inter vtrūque
interiecto. Ex nostris tamen tribus (quos eloquenti⁹
primores praefati sumus) illud didicimus. vt relatiuum
ipsum aut solum sine antecedente ponatur: aut ei pra⁹
positū curē⁹ sepe. Vt Romana ciuitas ciuē nunquam
vidit qualis fuit Africā⁹. Aut qualis fuit Africā⁹
ciuis: nunquam tales vidit romana ciuitas. Quanto ma
iores in literarum studio suscipimus labores: tanto fra
gilitatis humane casus experturi sum⁹ rariores. Quāto
sapius ad me scribis: tanto maior nostrā augetur ami
cicia. Quantus fuit Cicerō in eloquentia: tantus fuit
Caesar i bellicis reb⁹. Quantū me amas: tantūdem mu
tuo redamaris. Quanto tunica pallio propior est: tan
to adcuratio diligētia illam adseruamus. Quam diffi
cile est canē sternere lectū: tam difficulter morosi tra
ctant homines: Alienae requietii nuidens est: qualis est
canis i praesepio. Quantū periculū est bono malefacere:
tantūdem est malo benefacere. Multa hoc genus exem
pla formabis. Nec ignoramus Ciceronem aliter saepe
dixisse. quem tamen dicimus modum sapius vsurpasse
se norunt facile ii: qui i eius lectione tempus insumunt.

¶ Quanto maiores sumus: tāto nos sūmitius geramus.

Cic.

¶ Quales simus tales haberi videamur. Socrates expe
dita & compendiarīa via eos ad gloriā peruenire dice
bat: qd id agerent: vt quales videri vellent: tales etiā essēt.
Illā tamen aliorum praceptionē quin obserues pro
aurum iudicio non impedimus. Vt Tanta est nomi
nis tui amplitudo: quantā posteritati maiores non
reliquerunt vnquam.

Valer.

Handwritten marginal notes in a cursive script, likely a later hand or a different dialect. The text is partially obscured and difficult to decipher, but appears to be a commentary or continuation of the main text.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, possibly indicating a page number or a reference.

¶ De relatiuis.

¶ Relatiuum qui habens antecedens hic vel is ante
ponendum. Cap. LIII.

Quoniam in relatiuorum mentione incidit ora
tio: nonnulla studiosae iuuentuti (credo) utilia
iam dicere adgrediamur. Relatiuum qui/que
quod pro antecedente habens pronomine hic/vel is hoc
pacto collorabis: ut relatiuum in oratione priore: in po
steriore antecedens posueris: si Tullianae oratoris mo
dulatiore verborum epimelia resonare curaueris. Ut
Quorum supercilia omnino demissa sunt: hi vitupe
rationes inuidi esse creduntur. Quae supercilia in nasu de
flexa videmus: ea viri superciliosae seueritatem demon
strant. Qui popularibus benevolentiae adsentationibus
alienas aures dulciter quasi titillant: ii: e medio tollendi
sunt. Qui amicum extrema subeuntem pericula comi
tatur: is amici adpelatione dignus est. Qui reiculae pe
cudis vitam agit: is succidiae Platonis animam suam
nutrit. ¶ Qui foenerato fundit iniuriam: is eam fu
nerato non fundit. Qui errore imperitiae multitudinis
pendet: hic in magnis viris non est habendus.

¶ Quorum patres/aut maiores in aliqua gloria pra
stiterunt. eorum plerique in eo genere laudis student
excellere. ¶ A quo expedit & celerior remuneratio fore
videtur: in eo fere est voluntas nostra propensior.

¶ Tunc res male se habent: quum quod virtute efficit
debet: id tentatur pecunia.

¶ Fortiter malus qui patitur: idem post potitur bonus.

¶ Cui homini dei sunt propitii: lucrum ei profecto obii
ciunt: Quod tibi lubet: id mihi impera.

Idem.

Plau.

Idem.

Idem.

¶ Si quem hominem expectant: eum solent prouidere: qui hercle illa causa nihil ocysus venit.

Idem.

¶ Qui ipse se contemnit: in eo est indoles industria.

Idem.

¶ Antecedentia ille / iste / & ipse nonnunquam ita posita obseruauimus: set illud adeo rarum est: vt de eis nihil nunc precipiamus.

Idem.

¶ Ante relatiuū quis antecedens hic vel is medio nullo anteponendum. Cap. LIII.

Illud etiam quum ceteris oratoribus: tum maxime Ciceroni & Gellio vsitatissimum esse animaduertim⁹: vt pronomen hic vel is antecedens relatiuo qui eo modo anteponat: vt nihil inter utrūque interpositum sit: Vt literas recepi eas: quæ mihi iucunde dissimulauerunt. Ornatius dictum est quam: recepi illas literas quæ. etc. Suauissima fuit eloquentia Platonis eius: qui ab apibus Hymettis nutritus est. Laudis tuæ amplitudinem scriptis quum exprimere non possim: imitator Timantē euz: qui Agamēnonis vultum tristitia obnubilatum satis digne ostendere non potens penicillo velauit. Nulla est amicitia ea: quæ sibi lucrum proponit. Amicitia personam detrahit is: qui fenestrato peccatore verum se amicum ostendit. Incredibilis est indoles hominis eius: qui quum est adulescens: blandis voluptatum Syrenibus aureis obturat. Coruis & lupis largis hic: qui in ingratos nulla beneficiorum magnitudine satis honoratos beneficia confert. Magna fuit puicacia Alexandri eius: qui quum iugi fatalis lora dissoluere non posset: dissecuit. Set fortasse exēpla hæc nimium multa videbuntur is: qui auribus sunt delicatioribus.

¶ Relatiua quæ sūt aduerbia antecedentibus anteponenda. Cap. LV.

S Et quia ex p^ronomiⁿib⁹ aduerbia aut loci aut temporis a latinatibus fieri cognoscimus: quod de relatiuis p^rap^ronendis iam enunciauimus: idem etiam in aduerbiis relationem aliquam habentibus obseruandum putamus. Vt vbi peccauerunt homines: ibi eorum anime ponuntur sapius. Quo animo adpellis: illuc eodē opus facile adcedit. Quod mihi secreto dixeris: vbi posueris ibidem recipies. Vbi Sparta dēfissimis auaritię tenebris iuoluta i barathrū patēs manus iiecit: hic pulcherrimū illd⁹ Gręcię ip^sū pdidit. Vbi viximus: ibi pulcherrima locorum est amcenitas.

Valer.

¶ Coriolanus quo latebras quęsitū venerat: ibi breuissimum adep^tus est imperium.

Idem.

¶ Manlius quo horridiorem patrem habuit: hoc periculo eius laudabilius subuenit.

¶ Relatiuū antecedentia duo habens cū posteriore conuenire. Cap. LVI.

S Et qd illd⁹: Nōne Dii Deęque omnes pulcherrimum est: vt quom relatiuum habeat alterum antecedens prioris sepe expositiuum: siue p^riprium sit siue adpellatiuum: cum eodem i genere/numero/& casu conueniat: & id quidē sępicule. si verbum dico/nomino/adpello/eum cupo/voco/ aut quoduis aliud simile intercedat. Vt in radicibus Capitolii Tullius Hostilius carcerem condidit: quod Tullianum adpellatum est. Apud Belgas opidum est moribus validissimum/ fossis munitissimum/ maioris viris instructissimū: qui Ambiani dicuntur. Verbum ei & adiectiuum cū hoc secūdo pariter conueniat. Amce-

¶ Relatiuū antecedentia duo habens cū posteriore conuenire.

LVI

Cap.

bonita

iii d

rissimum flumen quem Somonam adpellant in Am-
 bianos interfluit: Diuus Martinus Ambianis chlamy-
 dem cum paupere partitus est in loco eo: quæ nunc
 eidem Martino ædes est dicata. Quod exemplum ad
 hoc scribo: vt noueris me hunc librum, quæ Progym-
 nasiata adpello) eo die scribere: quo Diui Martini ce-
 lebritas Gallos gaudentur exhilarat. Virtutis & literas-
 rum eleuatione temeratio ausu præsumunt sibi inaleuo-
 lētissimi: quæ hominum multitudo pudoris spolia per-
 didit. ¶ Nihil est illi principi deo qui omnē mundum Cic.
 regit: quod quidem in terris fiat adceptius: quam concē-
 lia cretusque hominum iure sociati: quæ ciuitates adpel-
 lantur. ¶ Hoies hac lege generati sunt: qui intueretur Idem.
 illuz globum. quem in templo hoc medium vides: quæ Idem.
 terra dicif. ¶ Hisque aius datus est ex illis sempiternis
 ignibus: q̄ sydera & stellas vocatis. Multos sc̄culi huius
 liuidos (vt harpye ille fuerit) adactu foedo foedates oia
 viroꝝ bonitas perosa est: qd̄ hoim̄ genus fugit adū est.
 ¶ Quæ etiam vocat̄ relatiua ad cidentis cuiusmodi sūt
 qualis & quantus ab hac præceptione aliena non sūt.
 Vt vituperones alienaz phamam sordulentis vnguibꝰ
 velicantes viros is verborū aculeis stimulandi sūt: quæle
 hominum vulgus cū virtute nullum habet commerciu.
 ¶ Patrimoniu detradōres illud dilapidare solent: quæ-
 lia hominum mancipia veterum ætas ignorauit.
 ¶ Saxum antiquum ingens: campo qui forte iacebat.
 ¶ Limes agro positus: litem vt discerneret aruis.
 Vix illud lecti bis sex aceruce subirent:
 ¶ Qualia nunc hominum producit corpora tellus
 ¶ Inopē/probū. tñ & modestum si defēderis oēs non

Cic.
Verg.

Cic.

Idem.
Idem.

Verg.
Idem.

Verg.

Cic.

Cic.

improbi humiles quæ maxima in populo multitudo est
praesidium sibi paratum vident.

Verg.

¶ Arqueum que manu celeres que sagittas corripuit fi
dus quæ tela gerebat Achates.

¶ Relatiuum cuius antecedente conuenire in tribus gene
re/numero/& casu/. Cap. LVII.



Te nequam in incude fingimus materiam alie
qua ex parte non omnino quantæ vires nostræ
erunt absoluta e manibus exeat illud de relati
uis præter hæc putauimus dicendum: relatiuum
cum antecedente in tribus genere/casu/& numero illi
postpositum conueniat. Quod plane formabis. si hæc
duo ab eodem vocabulo recta curaueris. Vt qua te con
plectar beneuolentia. ex literis nostris tibi abunde pers
pecta est. Quos homines rei nullius curam gerere pu
tamus: eos parca quadam in vtrâuis aurem dor
mire dicimur. Dices igitur quas ad me dedisti literas: fue
runt gratissimæ. vel quas ad me dedisti litera hæc fue
runt mihi gratissimæ. Cuiusmodi orationum cum positi
tu pronominum hic vel is contentum is/qui aure non
penitus iacenti fuerit intellet. Vbi tamen præponat
antecedens rara est usurpatio.

Verg.
Plau.

¶ Urbem quam statuo vestra est.
¶ Naucratey quæ conuenire voluit in. Navi non erat
Quarum orationum partem priorem suspensa sententia
pronunciandam censemus. Vt illud. Quod ad te nihil
literarum dederim: id occupationibus meis adscripto.

¶ Relatiuum vel adiectiuum
ad neutrum genus
transferri. Cap. LVIII.

N Obis hinc alio stilū vertere volentibus illud quoque enarrandum sese ostendit: vt quum relatiuū est aut adiectiuū cū significato proprio

significans id quod nomen res: ad neutrū genus transferatur: quodcūque antecedens vel substantiuum habeat.

Vt liberalitatē tuā quoad moriar p̄dicare nō cessabo: quę res me ex paupere diuites fecit. Qd̄ ex paupere diuitem fecit dices elegantius Prudentiam tuā atque iustitiā (quę a deo te adcepisse arbitror) admirari non desino.

Quum Daphnidis arquū fregisti & calamos: q̄ tu peruerse Menalca Et quum vidisti puero donata: dolebas. Verg.

¶ Nec illud est verū quod dicere solent quū antecedens aut substantiuum significat rem inanimatā hoc tū obseruari: Vt exemplum illud, Verg. testatur

Varium & mirabile semper foemina. & aliud/

¶ Triste lupus stabulis: maturis frugibus imbres.

Dulce satis honor. Labor ille/ cui p̄ amicorum utilitate non parcimus/ laudabile est. Vita hoīz in vitiorum atri- tate obuoluta execrabile est. Multaque ratione eadem tibi compone exempla.

¶ Quod abstracta p̄ concretis & noīa signifi- cantia rem p̄ significantibus personā eleganter vsurpentur. Cap. LIX.

Et quis multa quū ceterorum omnium latia-

Slis lingue i pedestri oratione classiariorū tum maxime Valerii lectioe exercitus quę abstra- cta adpellant p̄ cōcretis elegāter posita ignorare possit: Vt virtutis tuę magnitudo officium lingue exuperat: lepidior est oratio: quā si dixeris magna tuavirt⁹. Varia hominum ingrātudo liberalitatem tollit. Perfidia benis

gnitati inimica est. Nonne illud est pulchrius: quam si di-
cas: hoies nō sūt amplius liberales: quia igratos multos
experiantur. Beneuolentiam tuā literas fouere solentem
literis adire veritus sum. Tristitia nūbilum ex animi se-
renitate depulsum homines Abronis vitam viuentes
pmittit. Multā fortuna: vīm hoīm diligētia p̄uertit.
Quo altior est hominum felicitas: eo maiorem inuidiā
sibi commouet. Tā snblime honoris tui fastigiū inui-
diam moribus contingi non posse arbitror. Fortuna:
Tristoris nubem sedula hominum prouidētia discutit.
Nominis tui amplitudo per omne æuū tempus plenis
glorię velis feretur. ¶ Rei magnitudo vsū quoque/exer-
citationemque desiderat. ¶ Nulla est tanta humilitas: q̄
dulcedine gl̄ię nō rāgat. ¶ Lēto gradu ad vindictā sui
diuina p̄cedit ira: tarditatē q̄ supplicii grauitate cōp̄sar.
¶ Q. Fabiū Maximū Allobrogici filiū quē nimia p̄ris
indulgentia hæredem reliquerat: publica seueritas exhæ-
redauit. ¶ Placūque temeritatē casus iuuat. ¶ Nulla rā
modestia felicitas ē: quę malignitatis dētes vitare possit
¶ Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate
parcior. ¶ Stulticię/adulescenticię q̄ eius ignoscas. Quib⁹
exemplis liquido compatet: rei nomen quam personę
poni elegantius: vt damno temeritatem tuaz. Hominū
multorum inuidiam contemno V VIELMI GO-
NODI in literis dialectices eruditionum facio pluri-
mi. Felicitati tuę congratulor. Nominis mei celebrari
(si quæ fuerit) inuisurorū multo scogitatione præsumo.

¶ Inuidere alium in oratione

& alium in carmine

casum regere.

Cap.

LX.

Cic.

Valer.

Idem

Idem

Idem.

Plau.

Illud etiam lectionis crebritate obseruatū cognouimus: vt in numerosa oratione dicendū sit: felicitati nostræ inuides: set in camcenali felicitates nobis inuides. vt Liber pampineas inuidit collibus umbras. Ascanio ne pater Romanas inuidet arces: Inuideo diuitiis tuis. Diuitias tibi inuideo. Hominum immortalitati fata inuident immortalitatem facta hominibus inuidēt. Dentatorū prosperitati edentulī. inuidēt. Illud præter hæc usurpariōe indignum nō censemus inuideo tibi: inuides hominibus. Inuidet aut figulus figulo / vel egenus egeno / siue faber fabro / dulcisque poeta poetæ. Quod ex lectione multa & poetarum & oratorum facile discere potes.

Verg.

¶ Quod relatiuū impediēs orationis interordiniū pulcre locatur. Cap. LXI.

Quoniam grāmatistarū alius ē loquēdi modus: alius et oratorū: illud oratoribus obseruandū monem⁹: vt relatiuū ita collocet: vt iterordiniū vulgari⁹ impediat. Vt trahit sua quæq̄ voluptas: suū cuiq̄ ē īgeniū. Velle suū cuiq̄ ē. Næui sui quæq̄ delectat. Sua cuiusq̄ dignitas aliis pesse credit. Quo sepius id usurpes: suus in rectis: relatiuū in obliq̄ ponat. Nominandi enim casum obliquus suus præconstrui optat. Set de relatiuis aliis id quoque obseruandū esse multū i codicibus Valerianis purgillū pprobat. Vt a virtute nūquā discedūt hoies illius incredibile utilitatē percipientes. Amicitie nra pstantiā nos illā mēte reuolutes vix aio cōcipere possumus. Vitorū spitudinē trave: boy pgerie illā obrues hoib⁹ ignotā volo. Virtutis aīz a vitorū largis errorib⁹ i arētū reprimētis chamo nihilo secius: quā ab illa distue:

tus est: atque canis, antiquus cæthenæ adueneri solet.
Hoc posterius facile obseruatum curabis: si suppositū
habeat participium regens casum sui uerbi cuius relati-
uum a uerbo orationis regat. Vt homo admiratus elo-
quentiæ mellitæ; suauitatē eam degustare exoptat: relati-
ui & antecedentis sedes cōmutabis. Dices igitur sic Hō elo-
quentiæ mellitæ suauitatē eā admiratus degustare poptat.
Suus rex reginæ placet.

Plau.
Idem.

Sua cuique sacra.

¶ Pronomen ipsum cū pronomibus aliis in
casibus diuersis & quandoque numeris ponē-
dum. Cap. LXII.

Pronomen ipse/ipsa/ipsū/ quod triū psonarū est
cū aliis pnomibus cōponitur. Nōne igitur
illud est pulcherrimū: ut pnonen ipse pnomi-
ni alii i addidētibus diuersis ita iūgat: ut solocimus ad-
pareat. Quod exemplis videatur clarius. Meā ipse utili-
tatem queris: Tāquam numen aliquod diuinū te ipse ve-
neror. Multa beneficiorū amplitudine nos ipse cumula-
sti. Vt iterordiniū illud tibi ipse persuadeā esse. Ipse. i-
tu cumulasti nos &c. Sero sapit is q sibi ipse nihil pri-
quam oli fecere Phryges: prouidet. Canem (ut dicitur)
oleo tranquilliozem; nisi hanc malorum contumacem
Lernam exusseris: te ipse faciā. Frequens huiusmodi vo-
cis usurpatio est apud Valeriū: apud Geliū frequētior.
frequentissimā Ciceronis lectio exprimit. Quos auto-
res uti mētis tendore multo lectites tibi ipse suadeo: &
psuadere ueli: si ad sūmū eloquentiæ fastigiū cōtendis.
¶ Qui autē iratus Iuppiter plus nocere potuisset: quā
nocuit sibi ipse regulus:

Cic.

Odi sapientem: qui sibi ipse sapiens non est.

Ennius.

¶ Adceptionem variā esse pronominum hīc/
iste/ & ille. Cap. LXIII.

Illud quoque oratoribus obuiū esse aīaduerti-
mus: vt pronomen hīc de loquentis persona
dicatur: iste de persona ad quam vel loquimur/
vel scribimus: ille vero de persona tertia de qua loquimur
vel scribimus. Laudes tuas predicare non desinas quā-
diū vita hęc remanebit: hęc id est mea exponē. Ista va-
lītudo me delectat maxime. Id est tua. Ad te paucis an-
te diebus scripsi quā me benevolentia Ioannes prosequē-
batur: & multo multoque maior benevolentia illa haud
dubie idies adcrefcit Aeris huius temperiem si scriberē:
vix in animum inducere posses Annona caritatem istā
pauperculi homines refugiunt. Librū ista manu scriptū
ad me misisti. ¶ Dein pronomen istud cū adiectiuo vel
voce vel significato vel vtroque cōiunctum emphasim
quandam (vt dicere solent). i. enaruiam aut enaruiā ma-
nifestationē habet: & tūc in ptē malā ppe semper adcipi-
tur: Vt perfidiam istam execrantur omnes Istim signi-
ficat idem quod si dicas contemptibilē. Humilē istam
paupertatem quā osculamur neque Curios neque Fa-
bricios inuenias. Pronomen illud saepius in bonū adci-
pi animaduertimus. Vt Cicero ille togatotum in poli-
enda lingua facile princeps. Ille id est notissimus pro-
pter eloquentiam suam. Sanctissimā ille Lycurgi leges.
Pulcherrima illa Ambianorū aedes Beatā Marię sacrata.
Dulcissimum illud benevolentia nostrā monumentum.
¶ Subiēde per pronomen hoc pręteritā rē aut ante dictā
monstramus. Per pronomen illud futurā aut dicēdam.

His diebus ad me venit nuncijs. Hoc anno operã impensã literis ipendi. Anno illo studiosã iuuentuti pro viribus adesse mihi certũ est. Significat autem illo idem quod si dicas: qui sequitur. Quod i his nostris Progymnasmatibus passim vsurpatũ videas. Quodque Ciceroni vsitatissimum esse legendis eiusdem cognoscas.

Cicero.

¶ Nemo his annis viginti reipublice hostis fuit Vale-rius p̄icta exempla extra urbem gesta / postquam me-
morauit: memoraturus quæ in vrbe prosp̄cta sunt. Au-
ribus (inquit) ista tam præclara exempla Romana ci-
uitas adcepit: illa vidit oculis. Idem postquam p̄rens-
tum in filios amorem / & indulgentiam scripsit: eorum-
dem in filios seueritatem scripturus. Comice (inquit)
leuitatis hi patres: tragice asperitatis illi. Ipse tamen aut
iuncti / aut separati his vti possis. Illud quoque animad-
uertendum est. Quũ duo antecedẽtia oratione eadẽ res
ferre volumus: prius p̄ pronomen ille: & posterius per
p̄nomen hic referetur. Vt si oratione vna dicturus sis
Scipio ex re bellica & Cicero ex re urbana immortalẽ glo-
riam sibi pepererunt. Orationem illam aurium iudicio
non indignam consebis. Scipio & Cicero immortalẽ glo-
riam sibi pepererũt: huius ex vrbe rei administratione: ille
ex rei bellicę tractatiõẽ. Virtus & vitũ in terris latissime
regnant hoc perditissimi homines consequuntur: illam
viri boni veneratione summa reuerẽtur. Diuitias alii p̄-
ponit: bonã alii valetudinem: alii potentiam: alii hono-
res: multi etiã voluptates. Beluarum hoc quidẽ extremũ
est: illa aut̄ sup̄iora sũt caduca & incerta posita nõ tã i-
siliis nr̄isquã in fortũe temeritate. Diuitiis & sciẽtię in-
uigilãt plarique hoies: his q̄ hois adpellatiõẽ digni vt

Cic.

habeantur & sint student: illis quorum anitus ad ho-
minis dignitatem erigi non potest. Qua eloquuti lo-
quutione passim conspersus est oratorum campus.

CNimio præstat impendiosum te/ quam ingratum di-
cier: illum laudabunt boni: hoc etiam ipsi culpabunt
mali. Hunc tamen relationis ordinem aliquando ne-
glectum cognouimus.

CBrutus par gloria Romulo: quia ille urbem: hic li-
bertatem Romanâ condidit. Nec illud indiditum præ-
tereire volumus: pro altero relatiuorum antecedens res
peti posse/ quum, scilicet prolixior oratio auditoris sen-
sum turbare possit.

CIN Ter hominem & belluam hoc maxime interest: Cic.
quod hæc tantum quantum sensu mouetur ad id solum
quod adest quodque præsens est se adcommodat: pau-
lum admodum sentiens præteritum / aut futurum: ho-
mo autem qui rationis est particeps facile totius vi-
tæ cursum videt: ad eamque degendam præparat res ne-
cessarias. Set ad adiectiua repedandum censemus.

Omnis et nullus eleganter in fine orationis
poni: vel post substantiuum sedem habere.

Cap. LXIII.

QUum cetera omnia vocabula (quæ vniuersa-
lia logici adpellant) tum maxime ois & nullus in
fine orationis ab oratoribus nois primis qui
venerè illâ transmarinâ circûquâ norit collocari so-
lent nõ inelegãter. Vt diuitiis inhiãt oēs. Literarū discipli-
nis q det operã est null⁹. Virtuti diuitias postponit nul-
lus. Negotium suū quã alterum conficere prius curant

omnes. Georgii Locardi ingeniatissimum ingenium nescit nullus. Collegii Montisacuri religiosam reformationem reformatamque religionem in confesso esse credo oibus. Amicitiam illam qua ego cum meo Boulainuillero deuiunctus sum humanis rebus antepono omnibus. Sordidissimos homines & circumforanea mendicabula virosque verborum aculeis stimulant omnes. In perditos homines peride ut in calcitrosas mulas conuictorum plaustra effundere: aut eacudinis supplicis distorquere temperant nulli. Quibus honorosa paupertas est: hi ab asinis ad boues (ut aiunt) transcendere concedunt omnes. Ex Gerionaceo genere cum senis manibus hominis consuetudine vitis nullus.

Cicero.

Idem.

Quae igitur ea cupiditas eius legis ferendae: qua turpitudinem summam habeat: gratiam nullam. Quod somnum denique/nobis nisi quietem corporis & medicinam quandam laboris adferret: contra naturam putarem datum. Aufert enim sensus actionemque tollit omnem.

Plato.

Venio ad macellum: rogito pisces: indicant caros: agnam/caram/caram/bubulam/vitulinam/coetum/portinam: cara omnia.

Idem.

Idem

Idem.

Apolactiso in: micos omneis. i. contemno. Qui deliquit supplex est vltro omnibus. Mare quidem commune certo est omnibus.

Ceterum si orationem vulario alia non illepide clausur: classarios vocabula haec substantiuus postponere solitauisse eorum monumenta testantur. Animi libertatem omnem tollit nimia rerum cupiditas. Liberalitatis vestigium nullum ibi conspicitur: vbi regnat auaritia. Amicitia nulla in his hominibus perennare potest: qui

utilitatem suam / non alterius virtutem amicitia eius
fundamentum posuerunt. Fortunæ & corporis bona
oia virtute inferiora collocamus ¶ Comune autē ani- Cic.
mantium omnium est coniūctionis adpetitus procre-

andī causa: & cura quædam eorum: quæ procreata sunt.
¶ Facies est forma omnis / & modus / & factura quædā Au. Gel.
corporis totius: a faciendo dicta: vt ab aspectu / species:
& a fingendo figura.

¶ Lingua nulla est: qua negem quicquid roges. Plau.

¶ Hospes nullus tam in amici hospitium diuertī po- Idem;
telt: quin vbi triduum cōtinuum fuerit: iam odiosus sit.

¶ Nimia omnia n. mium exhibent negotium hoib⁹: Idem.

¶ Virgo atque mulier nulla erit: quin sit mala: quæ præ Idem.
ter sapit: quam placet parentibus.

¶ Quod gerundia nomina necessitatem
quandam important. Cap. LXV.

Illud etiā i oratorum campo versatum semp
anima duertimus: vt gerūdiua nomia (seu gerū
dia adpellare gestis: parum enim me mouet ad-
pellatio) necessitatem quandam habeant. Si enim acti-
uum aliquod verbum in infinitiuo positū habeat voca-
bulum oportet / debet / necessum est: ratione cuius in infi-
nitiuo ponatur: verbum ipsum quod indefinitum est
altero dileti spongia dileto i nomen gerundiū gene-
ris & numeri eiusdem cuius erat casus a parte posteriori
ab infinito rectus commutetur. Sin vero neutrum fue-
rit verbum: illud indefinitum vertatur in gerundiū: cui-
us finis est dum: cū verbo sum / es / est. Quæ præceptio
exemplis fuerit splendidantior. Si dices oportet colere
virtutem: elegantius dictum tibi persuade virtus colēda

est. Tu debes diligētius vtilitatem tuā querere. Vtilitas
tua tibi querenda ē diligēt⁹. Bonis ciuib⁹ rē publicā iu-
uare necessū est. Res publica bonis ciuibus iuuanda est.
Oportet homines illos qui perpetualem phamam sibi
parere contendūt operā dare virtuti. Homīnibus his
qui perpetualem p hamam sibi parere contendunt vir-
tuti opera danda est. Oportet curare vt nihil desit ad
bene beate que viuendum. Vt nihil ad bene beate que
viuēdū desit curandū est. Vt praeceptores tuos quanta
possis maxima veneratiōe reueraris providendū est.
Cauēdū est ne supplicia aliqua/ aut mortē ipsā timētes
ad iniuriam faciendā adcedamus. Basilico nutrituade
ipiendū sunt amici. Compluria hoc genus exempla fine
gerem: nisi breuitati consulendum esse censerem.

Huiusmodi gerundia nomina aut gerundia
in fine orationis ponenda. Cap. LXVI.

Hec quae praefati sumus gerundia aut gerundia
vltimum orationis locum honorant. Vt co-
munis prope omnium consensus censet virtu-
tē diuitiis anponendam. Mala vitiorū consuetudo ex
hominum pectoribus est repudianda. Amici qui virtu-
tē ceteris rebus humanis anteponant sūt diligēdi. Ne
temporis insumptio vana dedecus tibi pariat est cauē-
dum. Vt literarum varietate ingenium coloratum habeas
tibi maxime est elaborandū. Vt gloria tua laude nulli⁹
ad crescit maior et nulli⁹ vituperamēto minuit: ppter
id orationi colophonē vt dicitur est addendus. Quam
tarditudine in medicina testudine vicas pedes tuos pul-
monem habere censeo credendū. Qd semel occiperis
id ē ab vnguitulo ad capillum summum pducendum.

CMea quidem sententia paci: quæ nihil habitura sit insidiarum semper est consolendum.

Cic.

Meminerimus autem & aduersus infimos iustitias esse seruandam:

Idem.

Scientia que remota est a iustitia calliditas potius quam sapientia est adpellanda.

Idem.

Mors est seruituti turpitudinique anteponenda.

Idem.

Ornanda est dignitas domo: nõ ex domo dignitas tota querenda.

Idem.

Mercatura si tenuis est: sordida putanda est: si magna & copiosa multa vndiq; adportans multisque sine vanitate impertiens non est admodum vituperanda.

Idem.

Ut autem vocabula hæc: vt cætera alia in fine orationis posita: in principio poni possunt nunc primum dicemus.

Canora esse collocationem adiectiuum syllabas multas habentis si in fine orationis collocetur. Cap. LXVII.

Quoniam de orationis fine loquuti sumus aliquantum pretium operæ facturi videre videmur: si nomina quæ apte ibi collocentur studiose (vt solemus) recenseamus. Adiectiuum itaque canoricum quod non est nisi plures habeat syllabas in orationis calce positum sit qualis est Venus illa e mari enatans: quam ab se inchoatam Apelles reliquit inuida fatorum serie correpta. cuius que oris pulcritudo reliquis imitandi specimen abstulit. Vt nominis tui gloria non lingue scit unquam extincta. Quem amicorum diligo maxime is est egregius. Phamæ bonitas ad bene beate que viuendum est necessaria Comedatione multa censeatur adulescens is qui est rerum

ab se gestarum auspicio felici nobilis. Cos secandi ex-
ors ferrusa reddit acutum.

Cic.

¶ Oim societatum nulla p̄starior est/ nulla firmior: quam
quū boni viri moribus similes sūt familiaritate cōiūcti.

Idem.

¶ Nemo illorum mihi fuit inimicus vnluntarius.

Idem.

Tu ne verbo quidem violatus.

Id m.

Difficilis est cura rerum alienarum.

Idem.

Bene præcipiunt: qui verant quicquam agere quod du-
bites æquum sit/ an nunquam.

Id m.

Fundamentum perpetuæ commendationis & phamæ
est iustitia: sine qua nihil potest esse laudabile.

Idem.

Solæ faciunt virtutes beatum.

Quod voces hæ quæ in fine orationis
ponuntur elegāter/ non minus eleganter
in principio ponantur. Cap. LXVIII.

EXactis musices artis p̄fessorib⁹ illud obseruari
audimus: vt carminis sui principiū & finis val-
de sint sonora. Qd̄ me Hercules eos facere arbi-
tror: quo magis delenifce eorū qui audiūt aures demul-
ceant. Quū vero sonitu orationis aures ipsæ quasi titils
landę sint & exhilarandę: illud obseruatum curabimus:
vt orationi canorū demus principium veluti & finem.
Quæ igitur in fine orationis ponuntur: eadem in prin-
cipio p̄cinne ponuntur. vt ¶ Prōptiores esse debemus
ad nostra pericula: quam ad cōmunia. ¶ Optima hære-
ditas a patribus traditur liberis: omnique patrimonio
præstantior: gloria virtutis/ rerūque gestarum: cui dede-
cori esse nephas & vitium iudicandum est.

Cic.

Idem.

Valer.

Ter.

Omnia nimirum habet: qui nihil concupisrit.
Omnes quum valemus: sana ægrotis consilia damus:

Videndum est his: qui seniores in artis alicuius exerci-
tione vix hectæfaciūt: vti vetulus bos alti⁹ veltigiū p̄mar:

Videndum est primum ne obsit benignitas & his: qui: Cic.
bus benigne videbitur fieri / & cæteris.

Videndum est: vt ea liberalitate vtamur: quæ proſit Idem.
amicis: nemini noceat.

Expetenda quidem magis est decernendi ratio: quam Idem.
decertandi fortitudo.

Optandū est: vt hi q̄ p̄sunt reipublicę legū ſimiles ſint: Idem:
quę ad puniendum nō iracūdia: ſet æquitate ducuntur.

Cauendum est ne adſentatoribus patefaciamus aureis: Idem.
nec adulari nos ſinamus.

Faciendum id nobis: quod parentes imperant.

Plau.

Multis p̄ſimili rōne exēplis libri illi Cicerōis officiales
ſartim ſuffarcinati ſūt. Vti aut̄ vocamina hæc cū verbo
ſum es est / coniungantur ſtatim præcipiemus.

Odiolum est quum a prætereuntibus dicitur. O domus
antiqua quam diſpari domino dominaris.

Cic.

Deforme est de ſe ipſo prædicare falſa præſertim: & cū Idem.
iriſione audientium imitari militem glorioſum.

¶ Subſtantiuum nomen ſyllabis multis cōſtans
in fine orationis ponendum. Cap. LXIX.

NE materiam hanc quā i manibus (vt aiūt) ha-
bemus nō ſatis abſolute formatā reddamus: li-
tud quoq̄ oratorib⁹ obſeruatiſſimū eē ai aduer-
timus. vt ſubſtātiuū nomē quod pluribus p̄ſtat ſyllabū
quā duabus pulcerrimū fuerit orōnis faſtigiu: & id qd
vſitatius ſi verbi ſuppoſitū fuerit. Vt maxia ē apd̄ oēis
hoies nois tui admiratio. Multa est apud Gallos religio-
nis obſeruatio. Virtutis illi⁹ vltamūdaneę incredibilis est

veneratio. Verbis exponere non possem qualis sit literarum præstantia. Viâ qui nescit qua deueniet ad mare: annem is querat sibi comitem. Hominis eius qui voluptatum illecebris ancillatur exanimalis est turpitudine. Mirandum in modum probatur quæ latialis eloquentiæ quasi pigmentis colorata est oratio.

Cic.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem

Idem.

Au. Gel.

Iustitia præ mun⁹ e: ne cui qs noceat: nisi laceſſu⁹ iuriam. Fundamentum iustitiæ est fides: id est dictorum conuentorumque constantia & veritas.

Aequitas lucet ipsa per se: dubitatio autem significat cogitationem significat iniuriæ.

Sûmû ius sûma iuria: factû est triû sembe puerbium.

Nihil laudabilius / nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.

Etiã in secundis rebus maxime est vtendû cõsilio amicorû: hisque maior quã antea tribuenda autoritas.

Virtus cultusque corporis ad valetudinem referantur / & ad vires: non ad voluptatem.

Tales nos esse putamus vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata.

Nihil decet inuicta (vt aiunt) Minerua obstante: id est aduersante & repugnante natura.

Quid eloquẽtia laudabili⁹ & p̄stabilis v⁹ admiratõe audientiu: vel spe idigentiu: vel eorû q̄ defensi sunt gratia

Est aut̄ amicitia nihil aliud: nisi oim diuinarû humana: rû que rerû cû bñuolẽtia & caritate sûma consensio.

Cõtentû suis rebus esse maxime sũt certissimæ q̄ diuitiæ

¶ Veri⁹ est Pacui quẽ Macedo Philosoph⁹ vir bon⁹ familiaris me⁹ scribi debere cẽsebat p̄ forib⁹ oim tẽplo rû. Ego cõd̄ hoines ignaua opera et philophica scẽtia.

Est illa vehemens & cōstās animi militiā: literis pol- Valer.
lēs venerabilī doctri- nē sacrōrum atq; philosophiā.

Illa sola iusta est multitudo: cuius vniuersitas in le- Macrob.
gū cōsentit obsequiū. Orōni igit: cuius substantiuū no-
men finitio fuerit mūta censetur esse venustas.

Substantiuū autem syllabis duabus constans locum
hunc rarenter admodum sibi vendicat.

Per terrenos actus iter paratur ad cælū.

Cic.

Ego illū perisse dico: cui quidē perii & pudor.

Plau.

Quod verbis syllabis multis factū in fine oratio
nis nō ineleganter ponatur. Cap. LXX.

Illud prope idem de verbo multas habente syl-
labas dicendum putauimus. Vt extra fortunā
aleam positus est is: qui dona eius caduca & in-
certa nō admittat. Aristarchi audacia si mihi adesset ex
albolatinorum multa exploderem: Sed quoniam hoc
vulgatius quā quod exempla nostra desideret: ideo
ē aliena posita voluimus.

Ego vos hortari tantū possum: vt amicitiam omni-
bus rebus humanis anteponatis. Cic.

Oēs trahimur & ducimur ad cognitionis & sciētīe
cupiditatem: in qua excellere pulcrum putamus. Idem.

Labi & errare/nescire/ & decipi maius & turpe duci-
mus. **N**e incognita pro cognitis habeamus: hisque
tenere adsentiamur. Idem.

Plarumq; parentum praeceptis imbuti ad corū con-
suetudinem moremque deducimur. Idem.

Fit nescio quo modo: vt magis i aliis ceruamus: quā
in nobismet ipsis: si quid delinquitur. Idem.

Sicera fidei amici praeipue aduersis rebus cognoscūt.

Ceterum quum erit verbum syllabarum duarum eius
rara sit orationis terminatio.

¶ Quod verbum sum eleganter in fine orationis
positum est. Cap. LXX.



ocis vnius syllabe tam exilis sonus est: vt viz
poetæ ipsi audeant in fine carminis ponere.
Quoniam tamen verbum sum reliquorum
omniū principuz est & quasi seminariū qddā:
ideo in fine orationis eius frequens vsu patio est. Vt
virtus animi ornamentū est. Supina desidia & quasi ves
ternosa pigris hominib⁹ peruiciosissima pestis ē. Qui
vitiōruz obscuritate multa animi nitidū nitore obtene
brat: is hominis adpellatione indignus est. Diomedis
arma id Glauci non dispari magis precio æstimata sūt.
Qui ea fruitur amicitia qualē cū Antonio Boulaînville
lerio mihi comunem esse nouis: fælicissimus est: Pau
pertas viscosa prensu facilis est.

Cic.

Idem.

Idem.

¶ Tyrannum qui beatū esse putant: miserimi ipsi sūt,
¶ Inuentis ætatis inscitia senum constituenda & regen
da prudētia est. ¶ Nec vero rei familiaris/amplificatio
nemini nocens vituperanda est: set semper fugienda
iniuria est.

Valer.

Au. Gel.

¶ Multo multo que se ipsuz quā hostem superare ope
rosius est. ¶ Aderat ibi forte amicus noster/homo lec
tione multa exercitus: cui plaraque omnia veterū lite
rarum quæ sita/meditata/euigilata que erant.

Plau.

¶ Proba merx facile emptorū reperit: tamen si in ab
struso sita est.

Idem.

Idem.

¶ Seruire amanti miseria est.

¶ Sapientiæ ætas condimentum est.

¶ Sapiencia etati cibus est.

Verbū etiā sum i principio oratiōis poni posse multa Idem.
ex superioribus exemplis comprobant. Vt est quod te
scire velim Est hominum naturæ id coherens: vt con-
tempra paupertate diuitiis manus iniuciant.

¶ Quid ante verbum sum eleganter anteponen-
dum sit. Cap. LXXII.



A ipsa vocabula quæ diximus in fine orōnis
ponenda esse: si ante verbum sum ponantur
oratio venustior erit: ea autem sunt hæc. Cō-
paratiua/ superlatiua/ omnis/ nullus/ gerun-
diua/ adiectiua canore sonātia/ & participia potissimū
preteriti tēporis aut futuri cuiusuis terminationis sint.

Quod exēplis quū superioribus: tū pximis in prōpri-
sit. Frōs occipio prior est. Tunica pallio pprior ē. Qui
Epimenidem sopno vicerit: vbi ad exodion vitæ perue-
nerit: ne minimam quidem laudis imagunculam adhuc
adsequutus est. Virtute nihil quicquam oprabilius est.
Libertas optima est. Vt tutela: sic pcuratio reipublicæ ad
utilitatem eorum: quibus commissa est: gerunda est.

Cic.

¶ Nullū officiū referenda gratia magis necessariuz est. Idem.

¶ Qui gratificāf cupiam. quod obsit illi cui prodesse
velle videantur: non benefici neque liberales: set perniti-
ciosi adsentatores iudicandi sunt. Idem.

¶ Nec domo domin⁹: sed dño domus honestāda est: Idem.

¶ Acerbitas plarumque vliscēdi maleficiū: bene atque
caute disciplina est. Au Ccl.

¶ Monosyllaba/ dissyllaba/ & polysyllaba
interferenda esse. Cap. LXXIII.

Voces vnius syllabę si p̄xime sibi ponant̄ multa: orationē relinquet̄ ieiunā: vt quas ad me in hac re occupato dedisti l̄ras. &c. Parua i re hic p̄ se fert hęc grauitatē / vt ea maiore nō videris vnquaz. Parū etiā grauitatis habēt vocabula syllabarū duarū si multa iuxta se ponant̄. Vt quis i hac re tā parua multos sibi quærat bonos viros. Set quæ plures habent syllabas canoram magis reddunt orationem. Hęc igitur omnia interserenda censemus. Nisi orationi grauitatem multā adiūcturus sis. Tūc enim verborum syllabas multas habētium positio venustat orationem maxime. Altissimā virtutis excellentiam numina illa vltreamundana hęcibus ignotam esse voluerunt.

¶ Quid in fine orationis fugiendū sit.
Cap. LXXIII.

S Rationem igitur monosyllaba vox (nisi verbum sū) nō terminabit: pauca admodū dissyllabę locū illum sibi iucient aptū: qui polysyllabis genuinus est. Cauebis itidem ne orationē prolasz eodem verbo quo & carmen termines. Non enim satis orate dices. paupertas nimia coegit me tot adire labores. Demitor ego maxime quonaz pacto sit tibi tam piceata manus. Isti hęc quæ dicebamus frequens oratorū lectio ante pedes exponet.

¶ Quom generalis sermo est: quo verbo vtendum sit.
Cap. LXXV.

S I fuerit sermo generalis: id est ad omnes p̄miscue relatus ab illa p̄ceptione nō discedas: quin verbū ip̄m sit modi coniūgendi: p̄sonę secūde: & nūeri singularis: aut ipersonale passiuę vocis

eius modi que oꝛoꝛis significatus exiget. Qua loquutiōe
quid hercle apud latīnates eloquentius iuenias? Vt Mi-
grantes cernas. i. quilibet tūc cernere potuisset. Qui te i pe-
ricula eunte comites vix hoīem iuenias. i. quilibet volēs
ire i periculū vix conire iuenire poterit. Tā suavis ē ami-
corū dulcedo colloquēdi vt dulci⁹ nihil excogitare q̄as.
Quod exēplū quū scribebā Antonii mei i urbē aduentus
mihī nūciatus est. Qd̄ vbi audiui: læticia ea sū exhilara-
tus: vt me quasi immortalitate donatū putauerim. Amici-
tia ei quiequā (nisi sapiētia) melius hoī a deo immortalī da-
tus caue existimes. Qua breuiore semita ad egestatis te-
nuitatē ocyus deuenias: quā si rei tuæ magnitudinē cor-
uis lupisq̄ (vt dī) largiare. ¶ In oibus negociis prius quā Cic.
aliquid adgrediare: adhibēda est p̄paratio diligens.
Difficile est quum p̄stare omnibus concupiueris: ser. Idem.
uare æquitatem: quæ est iustitiæ maxime propria.
Neque naturæ adinet repugnare: nec quicquam sequi: Idem.
quod adsequi nequeas.
Qd̄ adfirmatiue quasi deo teste p̄miseris: id tenēdū est. Idem.
Prius quā incipias p̄sulto: & male p̄suleris: facto op⁹ est. Idem.
Nō fastidioso aditu virtus excitata īgenia viuīda ad se Valer.
penetrare patitur. ¶ Neque haustum sui cuius aliquo pe-
sonarum discrimine largum/ malignū ve p̄bet: set om-
nibus æqualiter exposita quid cupiditatis potius/ quam
quid dignitatis adtuleris æstimat. Inque captu bonorū
suorum tibi ipsi pondus examinandum relinquit: vt
quantū subire aīo sustinueris: tantum tecum auferas.
Pro pte altera exēpla sint hæc. Nō voto viuī vno. Di-
uitiis potius quā virtuti nunc vbique gentium cōsulit.
Vndique totis vsque adeo turbatur agris. Verg.
Conueniunt: stratoque super discumbitur ostro. Idem.

Cic.

¶ Suscipienda quidē bella sunt ob eam causam: vt sine iniuriā in pace viuatur.

Plau.

¶ Mala phama facile nubitur: dum dos sit.

Idem.

¶ Perinde vt bene viuatur diu viuatur.

Idem.

¶ Verecūda i neminē apud mē s̄a decet: vbi de diuinis atque humanis cernit. Nos itidē personā primā pluratiui numeri indicatiui modi eomodo adicipi/multa oratorum lectione persuasi sumus. Vt quum dico: Aristomenis Messenī cor ab Atheniensibus exertum pilosū fuisse repertum audiuius. Illud significat: ego & ceteri alii qui apud Valerium aut quemvis alium autorem id legimus cognoscimus.

¶ Adgrediare quam adgrediāris: & eodem modo in aliis elegantius dici. Cap. LXXVI.



Vamquam verbi passiuī persona secunda numeri singularis in ris & i re exit sapius: tamen in futuro optatiui aut præsēri coniunctiui finitiōnem re quam alteram posueris elegantius. Quod superioris regulæ exemplis quibusdam compatet: & illis etiā vsitatius reddemus. Cum hoste fortiter & animose depugna: netu fortasse imbellis videare. Rebus meis vt tuis vtare. Viros eloquentia maximos veneratione semper prosequare. Petentibus amicis turpia non obsequare. Postquā tam multas p̄ virtutis p̄stantia miseras exantlauisti: aequitati coherens est: vt animo vinculis corporis soluto beatitate calitum fruare. ¶ Ceteræ res que expetuntur oportuna sunt singulq̄ rebus fere singulis: diuitiē: vt vtate: opes vt colare: honores vt laudare: voluptates vt

Cic.

gaudeas: valitudo vt dolore careas: & muneribus fungare corporis. Hoc igit modo vt dicere possis enitare.

¶ De futuro imperatiui quomodo: vtendum sit et quid sapius significat. Cap. LXXVII

PLAEROSQUE homines in latinis literis honesti/amcenique ingenii in illo cacutire depræhendimus: vt imperatiui præsens / præsens & præteritum coniunctiui / & præsens infinitiui pro futuris temporibus sapius vsurpent. Quod quantum sit ab eloqui latialis munditia dissentaneum, norunt plerique omnes: qui aliquanto aurium tendere id audientes mente secum agitant. De quorum postremo nonnulla memoratu (vt arbitror) digna dicere adgrediar: si modo de coniunctiuo pauca: ut prius de imperatiuo pauciora stilo nostro adtigerimus. ¶ Futurum igitur imperatiui (vt modorum aliorum) tunc esse vsurpandum: quum supra futura re loquimur: nemo nescit: nisi qui lolio (vt aiunt) vitans redolentes thymi flores alimenta musarum dulcissima in monte Hymetto depastus non est. Verum hercle vero id ipsum imperatui futurum cuius dicebamus maiorem quandam vim & energiam habet sapius: quo videlicet in perpetuum (vt Diomedis tradit autoritas) fieri aliquid aut mandat aut imperat. Quo tempore in testamentis & legibus scribendis vti solent.

¶ Si furiosus exisset: agnatorum gentiliumque in eo / pecunia que eius potestas esto.

Cic.

¶ Paterfamilias vti super familia / pecunia ve sua legaverit: ita ius esto. ¶ Si Paterfamilias itestatus moris: familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque esto.

Idem
Idem.

¶ Quod præsentis & præterito coniunctiui

S Et quoniam studiosæ iuuentuti prodesse laboramus: illud quoque dicendum putauim⁹. Vt quū debeo adiungitur cū verbo actiuo: vtendum sit futuro participii in rus ab eodez actiuo: or-
ginante: cūz verbo sum: vt debeo scribere ad patrē eleganti⁹ dicas ad patrē scripturus sum. Quum igitur dicis: nescio quid debeam dicere quum veniet: præ-
senti aut præterito imperfecto pro futuro perperā vte-
ris. Igitur quid dicturus sim quum veniet nescio dicēdū
tu tibi persuade. Phamē si consuleres solito prudētior
victurus esses. Subinde vtī verbum debeo non ponit:
sape etiā aliter ac dicendum sit dicimus. Vt si venias
ad me cras: hac re te munrabor. Quis nō videt dicendū
esse: si veneris vel si venturus sis. Homo lingua bisulci
quasi proserpens bestia domi si adsciperetur domū totā
lqualida colluione foedaturus esset: & non foedaret.
Quū iter vitæ inculpatissimæ viros iā versaris: multam
honorū amplitudinē tibi cumularurus sis: phamæ cele-
britati si consulas. Oracionū huiusmodi copiam Cice-
ronis et Valerii assidua lectio suppediabit. Illud tamen
indictum silentio tantum non inuoluimus. Coniuncti
ui modi tempora maiorem vim & prope necessitudinē
quandam habere. Vt laudes tuas exscribere si cum dilu-
culo occiperem: prius sit noctis concubium: quam ad
postremū peruēturus sim ¶ In reb⁹ p̄speris: & ad vo-
luptatem nostram fluentibus superbiā magnopere/ fa-
stidium adrogantiamque fugiamus.
Nisi verbum hoc imperatiuum dicere mauis
¶ Pecuniā amico creditā exigere si cupis: rerū duarū

exoritur optio: vel illud quod credideris / perdas: vel amicum illum amiseris: Quam prudenter igitur hisce verbis vsurus sis prouide.

¶ Futurum infinitiui actiuae vocis quas habeat voces: quomodo illis vtendum sit: & inibi multa præter grãmatistarũ vulgatam traditionem.
Cap LXXIX.

Eorum quæ de futuris tria proposueramus dicturum: illud fuit tertium: vt de infinitiuo aliqua non pœnitenda scriberemus. Quis enim cum antiquitatis reuerendæ latinis oratoribus sæpe cõgressus orationem illam pronunciaturus sit. Ego volo cras scribere ad patrem: quum scribere tempus aut præsens aut præteritum imperfectuz significet. Vt igitur mēdus hoc mendosum emendãtes latinam linguam nitore suo restituamus elaborandum est. Infinitiui igitur (vt modis reliquis) suum est futurum tempus neque numeris / neque generibus (vt cum Geliõ loquar) præseruiens: set liberum vndique (vt cetera eiusdem modi tempora) et impromiscuũ est. Donatus igitur is: quem Dni Hieronymi p̄ceptorẽ fuisse ex Eusebii añalibus adcepim⁹ i libello suo ita scriptum reliquit. Futuro amatum ire vel amarurum esse. Nostamen ita dicendum (cum venia donati) cẽsemus. Futuro amatũ / vel amatũ ire: amaturũ vel amaturũ esse. Illa duo amatũ / vel amaturũ veteribus recondita doctrinæ oratoribus sunt vsitatiora. Quæ ab vsu nostro non explodenda esse statim cognoscem⁹. Dices igit̄ volo cras ad p̄z scriptũ / v̄ scriptũ ire / v̄ scripturum / vel scripturũ esse. Confido Ioannẽ cras v̄turum. Spero vtilitatem multam ex hoc literarum studio

mihī cessurum. Metuo inimicos mihī nociturum. Com
pluriaque hoc genus dicenda sunt.

Cic.

Hanc sibi rem præsidio sperant futurum: non enim fu
futuram dicenduz est. Quod si vsus fuerit Cicero: quid
nobis faciundum sit prospice.

C. Grac⁹

Credo inimicos meos hoc dicturum.

Q. q̄drig.

Dum hi pcederetur hostiū copias ibi occupatas futuz.

Idem,

Si p tua bonitate & nostra volūtate tibi valetudo sup
petit: est quod speremus: deos bonis benefacturum.

Valer.

Si hæ res diuinæ factæ/recteque perlītatæ essent: aruspī
ces dixerunt. Omnia iam ex sententia processurum.

Antias

¶ Quæ: exēpla ex Geliano codice (ne plagiarīa lege me
inimules) adsumisse ingenue profiteor: Quæ autem as

Plau.

libi autorū disquisimus ea hæc sunt. Stalino senex Crī
set ne habet & nūc Casina gladium? Pardalīsea. Habet:
set duos. Sta. Quid duos: Par. Altero te occisurū ait: al
tero villicum hodie. Ad quam Plauti sententiam Bap
Pii viri vsquequaque in literis absolutissimi quez vñ
cum Politiano & Beroaldo (vt solum sit vbique virtuti
testimoniū) admiror/obseruo/veneror: Pii inquam
verba adscribere collibuit: ea aut hæc sūt Altero (squit)
te occisurum pro occisuram. Semper quo verbo ex Ge
liana sententia locum hūc citantes multa perscripsimus
in Amphitryone. Varro libro primo de re rustica. In
confragoso enim hæc ac difficili valentiora parandum
Lucilius in xvi ad Penelopam conuersus ait nupturū te
nupta negas quod viuere Vlyssē credas Hæc ille.

Idem.

Iam postulabas te impurata belua totam Siciliam deuo
raturum insulam. In his omnibus exemplis quæ iam
enumerauimus verbum esse nec n adpositum est: ne tā

men aliquando adponi posse negare videamur: exem-
pla proferamus.

Philosophus noīe Peregrīnus cui postea cognomentū Au. Gel.
Protheus factum est virum quidem sapientem non pec-
caturum esse dicebat: etiam si peccasse eū dii atque ho-
mines ignoraturi forent.

Si quid peperissem educarem/ tollerem; bona sua me ha- Plau.
biturū omnia esse. Quæ Phronesii meretricis verba sūt.

¶ Ne tamen in hoc vndabūdo futurī indefiniti/ quasi
pelago navigatio diutina tibi nauseam commoueat:
Pharon in portu iam adfulgere vides. Quod igitur ma-
ris huius sulcandum restat; id ex porrecta fronte gaudia-
liter percurrere. Orationis ergo quasi remis incumbamus.

¶ De futuro altero: quod supīno priori voce adlīmis-
latur: exempla duximus adponenda

Iustam rem & facilem esse oratum a vobis volo. Super Plau.
quo Bap. Pius: in codicibus (inquit) antiquis scribitur
esse oratum.

Feci thesaurum: vt hīc reperiret Euclio: quo eam facis Idem.
līus nuptum si vellet daret.

Hostis est vxor inuita quæ ad virum nuptum datur. Idem.

¶ Quod de hac oratione/ do filiā nuptum dici solet:
id pede (vt aiunt) sicco prætereundum non censemus.
Nos igitur futurum indefiniti esse cum Plauto sentī-
mus: & quod ibi latens sit motus vt dicitur, hæc sunt me-
ra nugæ. Quæ enim ratione dicimus do nubere: Vt; de-
deratque comam diffundere ventis; eadem id quod fu-
turum est enūciare volētes/ do diffusum/ et do nuptū
proferemus. Set de hac re satis.

¶ Nonnulla de futuro indefiniti passivæ vocis præter
grammatistarū opinionē vulgatam. Cap LXXX.

Vergilianus quidam locus est: in cuius vocibus
multos hæere: multos multa: confingere au-
dimus. Quod ne diuti⁹ lecturias. Vergili⁹ ver-
ba hic adscribunda curavi. Quæ sunt hæc ex libro vnz
decimo aeneidos

Ecce (inquit) super mœcsti magna Diomedis ab urbe
Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantum impensis operum: nil dona/ neque aurum/
Nec magnas valuiffe preces. alia arma latinis
Quærenda: aut pacem Troiano ab rege petendum.

¶ Dubitant igitur anne gerundia (quale petendum pu-
tant) ad cusatiuum ante regant. Dubii cuius stimulu^m vt
e mente elimines: quid censeamus ad tendas veliz. Capi-
te superiore dixim⁹ Indefiniti vocis actiua: futurū esse
amatum vel amatum ire: & amaturum/ vel amaturū eē.
vocis etiam passivæ huiusmodi censem⁹ esse amatum
vel amatū iri. Amandum/ vel amandū esse: & qua ra-
tione futuro vocis actiua: vtendum diximus eadem &
futuro passivæ vtendum censem⁹. Est igitur petēduz
indefinitum verbum: nō gerundium vti Seruius: alioz
qui autor gravissimus talipedās fide adseverat. Quod
autem quærenda ante positum est. id te nihil moueat:
vocem enim spuriam/ & adulterinaz esse a scholiogra-
phis interpretibus additam mihi facile persuadeam.
Illam igitur obelo fodicandam: & in eius locum quæ-
rendum substituendum esse (licet Aristarchi audacia
nobis non adsit) diiudicamus. Ad hoc facit Lucretia
num illud carmē ex libro primo Aethernas quoniā pœ

nas in morte timendum Quod verbū αὐτὰρ ἐμφρατοῦ
aparemphton id est indefinitu esse quod per adcula
tium profertur Pius noster adseuerat. Repetere potes
ea. M. Varonis (quo nemo: vt lactantii verbis vtat: vn-
quam doctior ne apud græcos quidem/ neque apud la-
tinos vixit) verba, q̄ in capite superiore adiegauimus.

¶ Verbum præsans in historia scribunda
vsurpandum. Cap. LXXXI.

IN historia quauis verbo præsentis temporis
quam præteriti elegantius vtare, si modo indî-
catium verbum positurus sis. Quum enim
verbum præsentis est temporis: nos rem ipsam quam
legimus vel audimus oculis cernere vel auribus audire
nobis videtur. Quod historicorū/oratorum/portarū
comitorum lectioe compatet clarius: quem vt exem-
pla aliqua desyderes Apelles etiā (vt id obiter dicam⁹)
quem pictorum principem Plinius togatorum doctis-
simus excribit: in picturę tabulis vel absolutissimis scri-
bere solebat. Apelles faciebat: ea fortasse verecundia qđ
si Platonice (vt dixerat) imperfecti operis verbū euz
excusasset: & ab Libitinarum moribus vindicasset.

¶ Quod nonnumquam præteriti tem-
poris positio aufert præteriti significas-
tum. Cap. LXXXII.

Illud etiā fieri cognouimus: vt præteritū tēp⁹
positū se penumero signifi- cā ū pntis abneget:
vt ego te mltū amaui: tu literis alias opido quā

diligenter inuigilasti: Mores tuos aliquando cōproba-
uimus. Te ingenii munere dotatissimum esse alias puta-
uimus. In despuendo voluptatum omnium volutabro
reuolutus quōdā vixisti. Olīm fuerunt fortes Milesii.
Fui⁹ Troes. in qbus orationibus aduerbiū aliquod
tempus significans ponendum sæpe credimus.

¶ Præpositionem cum verbo compositam
in oratoribus cum casuali repetendam / poetis
aliter vtendam. Cap. LXXXIII.

Illud etiā adeo vulgatum est vt etiā in lites
tis proletariis hominibus ignotum esse mihi
non persuadeam Quum præpositio aliqua cū
verbo componitur casum eundem regit que separata
regeret. Vt Sequana interfluit Galliam. Adiuui patrem.
Pertransiui hostes. Galli transeunt Alpes. Nauita me
transmisit fluuium. Hercules Gerionæ boues hispania
abduxit. ¶ Quamuis multa meis exiret victima septis
Quas præpositionū vsurpationes poetis domesticas /
oratorib⁹ eē aduenas aiaduertimus. Ab oratorū vsu co-
tidiano illud non abesse nemo qui cum eis adcurata di-
ligentia aliquādo fuerit cōgressus nescit. vt præpositio
cum verbo composita repetatur & ad suum casuale
adiungat. Vt ad Antoniu⁹ meū adiuui. Ad. Urbem ad-
cessi. Fluui⁹ Sella inter vicum Lullium interfluit. Te va-
letudinis imbecillitate distentuz quum audiui: in luctus
grauissimos inci di E perforato cophino effutiunt: qui
obliuione sempiterna beneficia ab aliis adcepta penit⁹
recondunt: qui que arcana cōsilia fidei suæ credita epec-
tore ad os effundunt Quod patrimonium suum dilas-
pidauerit omne: in animum iuducere non possum. In
anguilarum & serpentum morem inter digitos plutus

Verg.

interlabitur. Qui ad viscosas paupertatē corpore toto
vt. Lucian⁹ ait) mille vncos gerentem hamos adcesserit:
illico habebit: nec ab ea facile auelletur. Nunquam irat⁹ Cic.
qui adcedet ad poenam mediocritatē illam tenebit: quæ
est inter n̄m̄ium & parum.

¶ Homines tenues obscuro loco nati nauigant: ad eū Idem.
que ad eal oca quæ nunquam antea didicerunt.

¶ Quum mater puella parcendum esse ei diceret: adhi Aul. Gel.
bendas que puero nutrices: ne ad dolores quos in eni-
tendo tulisset: munus quoque nutritionis graue ac dif-
ficile adcederet. ¶ Phaurin⁹ de Lysia & Platone so-

litus est dicere: si ex Platonis (inquit) oratione verbum Idem.
aliquod demas / mutes ve: atque id commodissime fa-
cias: de elegantia tamen detraxeris: si ex lysia: de sētētia.
Aristoteles Philosophus annos iam fere natus duos Idem.
& sexagita corpore egro adfecto que ac spe vita q̄ teui
fuit: tūc omnis sectatoruꝝ cohors ad eū adcedit. orātes

obsecrantes que vt ipse deligeret loci sui & magisterii Idem.
successorē. ¶ Virgo vestalis simul est capta: & i atrium
Vestæ deducta: & pōtificib⁹ tradita est. Eo statim tem
pore sine emancipatione / ac sine capitū minutione e pa-
tris potestate exit: & ius testamenti faciūdi adipiscitur.

¶ Plebs ea dicitur: in qua gentes ciuium patriciæ non Idem.
insunt. ¶ Vbi summus i perator non adest ad exercituz
citius qd̄ nō factū est vltus fit: quā quod factū est op⁹.

¶ Nummi octingenti auri i marlypio infuerant. Quē Idem.
dicendi modum si in orationibus tuis inserueris ad
artis oratoriæ classarios quem prope adcedas: tuum
posthac fuerit testimonium.

Exempla nōnulla in capite superiore citata me
admonent: ne illud quod oratoribus non in-
frequens est prateream. Quum enim e loco
alio in alium quempiam abiuisse dicitur: sapius
id obseruant; vt verbum conueniens cū loco vnde hic
abiuit ponatur elegantius. Quod idem adtrādendū esse
de prapositione: si qua vel composita vel adiūcta fue-
rit: tibi persuade/ vt Aengā ab Italia Carthaginem Iuno
auertere conata est. Aristotele vita defuncto omnes dis-
cipuli eius ad Theophrastum concesserunt. est enim
cedere abeundo locum dare decedere & recedere consi-
mili ratione dicuntur. A Gallis ad Britannos soluit.
Inuitas canes venatū domo abducere stultitia est. Hinc
ad prandium abeo.

Cic. Herculem Prodicus dicit (vt est apud Xenophontem)
quum primū pubesceret (quod tempus a natura ad des-
ligendum quam quisque viam viuēdi sit ingressus da-
tum est) exiisse in solitudinem.

Aul. Gel. Capi virgo propterea dici videtur: quia Pontificis ma-
ximi manu prahensa ab eo parente in cuius potestate
est/ veluti bello capta/ abducitur.

Valer. Iuuenes senatus die vtrique aliquem ex Patribus conscri-
pris/ aut propinquum aut paternum amicum ad curias
deducebant: adfixique valuis expectabant: donec redus-
cendi officio etiam fungerentur.

Idem. Existimabant eum prapcipue matronæ sincera fide in-
corruptum esse animus. qui post depositæ virginittatis
cubile in publicum egredi nesciret: multorum matrimo-;

niorum experientiam quasi legitima cuiusdam intem-
perantię signum esse credentes.

Dū hęc puto: pteritū ipudēs villā: iā abierā: quum sensi.

Cum Amphitryone abiit hinc in exercitum.

In Ephesum hinc abiit Eleganter igitur pones nomen si-
gnificans locū ynde itio cepit: & quo tēdit. abs qua lo-
quutione vix in aliam diuertas.

CNoia ppriavrbū aut regionū aliter vsurpari
posse quā triualitū vulgus autumet. Cap lxxxv.

Xemplum hoc postremum illā ptece ptionem

Escribandam ante oculos meos proposuit. Vt
nomini bus ppriis vrbium p ppositionē non
semper denegem? vt Statii verba ex libro primo Theb.
hic adscripta comprobant Adripit (inquit) extemplo
Maleæ de valle resurgens. Notum iter ad Thebas. Nec
verum est nomina inclinamenti secundū: quæ vrbium
propria sunt: in patrio casu semper esse ponēda: quum
in loco significant. Dices enī in latinæ. Viuit Bellouaco:
vti viuit Bellouaci. Sed quid vos frontem caperare vi-
deo: quasi nugas si profundam mæras? Id ne salua frōte
Silurum dicere posse negatis? Audite Valerium virum
profecto extra ingenū aleam positum: Cuius verba sūt
hęc Tarquinium autem Priscum ad Romanuz imperiū
occupādū foriūa i vrbē nrāz aduexit: alienū/ qđ exactū:
alienorē/ qđ ortū Corintho: fastidiēdū/ qđ mercatore ge-
nitū: erubescēdū/ qđ etiā exule Demaratho natū patre.
Quę vero tertii sūt iclinamēti i abliō posita sepi^o de phē-
dim^o. Vt Theopōp^o p m^o istituuit: vt Ephori Lacedęōe
crearet. Qui ēt p Valerianū mare velificauerit facile co-
gnosceret noia ppria regionū collocāda eē vti vrbū. Reī

Ter.

Plau.

Idem.

Idem.

Valer.

Idem.

cuius exempla ne desyderes hic adscribo. ¶ Solon qui
Pisistrati tyrannidem primus vidit orientem. & solus
armis opprimi debere palaz dicitare ausus est: senectuz
tem Cypri profugus exegit. M. Bibulus vir aplissimę
dignitatis & summis honoribus functus: quum i Syria
moraretur puincia duos egregie nolis filios suos a
Gabinianis militibus Aegipti occisos cognouit.

Idem.

¶ Cum nominib⁹ propriis locorū fluuioꝝ & alio
rum comune nomē adiūgēdū. Cap. LXXXVI.



D quod proxime dictum est exemplum me
admonet vt aliquid de posito nominis latioꝝ
ris significat⁹ cū eo qd est minoris dicā. Ver
gilius id sapius vsurpat: vt nomen speciale
ab generali in patrio casu rectum collocet. Diceret enī
In Parisioꝝ vrbe. Ad fluuium Sequanz. Pro regno
Carthaginis. De Morini vrbe certatum est. Butroti ad
scendimus vrbe. Ab eo dicendi modo non lōge dis
sentanea esse Valerii monumenta cognouimus. Ceterū
Aū. Gellius in casu eodem collocare consueuit. Diceret
enim, Terrā Galliam fide atque religione ceteras oēis
præstare qui simplicis veritatis ē amicus adseuerare nō
dubitat. In insula Rhodo præclarissima literarū studia
quondam fuisse antiquitatis monumenta comprobant.
In vrbe Parisiis florentissimū hūc omnigenæ doctrinæ
campum ab Alcinno præceptore commonefactus Car
lus ille qui ab rerū gestarum magnitudine Magnus co
gnominatus est omnium primus posuit/sulcauit/disse
minauit. Ex quo huberrima fruges Terrā Galliā reddit
nominatissimam. ¶ Quum Pacuius grandī iam etate
diutino corporis morbo adfectus Tarentum ex vrbe

Aul. Gel.

Roma concessisset. Nec ingratum fuerit diuerticulū dixisse: generale nomen speciali (vt eis ipsis vtar verbis) anteponendū. Vt Mulier ancilla. Homo rhetor

¶ Homini seruo domitos habere oportet oculos / & Plau. manus / orationēque. ¶ Nimio sibi mulier meretrix re Idem

perit odium ocysua imundicia: quam imperpetuum vt placeat mundicia sua. ¶ Homini adulescenti argentum dare: est gladiū qui se occideret dare. Idem.

¶ Noīa gētis quū ponēda sūt & noīa loci. Cap. lxxxvii

Quam orationem nostram a tabernaria ista oī no alienam esse volumus: illud etiam silētio inuoluendum ratione nulla volumus. Vbi

in literis triuiales nomen loci ponere solent: vbi gentis nomen positum elegantius esse tibi persuasum habeamus. Sin contra: contra vtendum sit. Nam cotidiani

sermonis homines dicunt iuit in Angliā. Ad Anglos dices elegantius Angli cum Flandris regnum Galliam funditus vertere conspirauerūt. Angliā cum Flandria

regnum &c. Ad Ambianates vbi me recepi ab Anglis Irenarchæ legati ad Lodoicū Gallorū regem abiuerūt. Ab Italis ad Gallos veniēs ne prædonibus intercipiā

prouideat. Gallia iustitiæ custos est acerrima. ¶ Age qd illud institutum Athenarum: quam memorabile: quod conuictus a p-rono libertus igratus iure libertatis exiuit.

¶ Ad senatū Macedonia de Decio Syllano qui eam prouinciā obrinuerat querelas p legatos detulit. Nec Aegyptus quidē Romana: hūanitaris expers fuit.

¶ Quod adiectiua nomina vt Romanus & Romaniēsis aliqd in significato habeāt discriminis.

Cap. LXXXVIII.

CTe tam multa studiosæ iuuentuti desiderâ dare liquamus. Illud quoque dicendum esse putauimus. Vt adiectiuus nominibus inclinat a nominibus locorum finitio sit iensis non ensis. Vt Corinthiensis non. Corinthensis Atheniensis hispaniensis Ambianensis Bellouacensis & cetera omnia ratione consimili. Ne tamen fabulam nos dicere credas Ang. Politiani viri sine controuersia memorię nostræ doctissimi: Romani eloquiū interpollatoris fidelissimi: ac antiquitatis reuerendę ad inuidiã studiosissimi testimonia huc adducta curabo. Is enim in epistola quadam libri quinti ad Barptolemauz Scalã contedit esse dicendum Carthaginensis & nõ Carthaginiensis: vt in marmore vetustissimo scriptum se vidisse adseuerat. Ennianum itidem versum hunc citat. Hostẽ qui feriet mihi erit Carthaginensis. Nam quę esse possit carminis mensura si Carthaginensis legatur. Adde quod in strategematõ libri Iulii. Frõtini: q sunt in nominatissima illa sancti Victoris bibliotheca antiquitatis reuerendę characterib⁹ scripti: carthaginiensis nõ carthaginiensis scriptum ferme sęp inueni. Inibi & Martianus capella in mēto antiquioribus literis: vbi itidem Carthaginiensis scriptum deprehēdimus. Nos tamē breuitatē studere conātes prudenter omittimus: quod Quintianus vir in literis me Hercules nõ proletarius: quo cum sermonē contulisse memoria mihi incundissimū est. Quintian⁹ in quã adseuerat vetustissimū quoddã marmor vbi scriptū erat Mediolaniensis ab se visū fuisse. Quãquã ipse (vt multi alii) dicendū esse Mediolaniū & nõ Mediolanū contedit scētē: cuius nõ reclamo. Dein noia hæc in iēsis

exētia vt Parisiēsis a Parisino ab alijs aliqd apd vete
 res habuisse discriminis Beroald chalcō p̄uali sum⁹
 Cuius verba sūt hęc ex p̄mētarijs libri de cumi metamor
 phoseō Apuleij Nōnulli (iq̄) veterū grāmaticorū ad
 pellationes has ita diuiserunt: vt Corinthios/ Sardos/
 Siculos putarēt dici: q̄ Corinthi/ in Sardinia/ in Sicilia
 nati sūt Corinthiēses vero &/ Sardiniēses/ & Siciliēses
 incolae negotiatores q̄ Corinthi Sardinia q̄ & Siciliae
 Caeteraque hoc gen⁹ cōsimiliter: sepe m̄ hęc indiscrimi
 natim vsurpant. Hęc ille. Subinde apd Sidoniū Apol
 linarium (si fidelis memoria vtor) sermonē hispaniētem
 non Hispanum ab eo dictum obseruauit.

Quomodo adiectiua noīa que cum infinitiuis
 adiūgi solent vsurpanda sunt. LXXXVIII.



Dicitur noīa cuiusmodi sūt egregi⁹/ p̄stabi
 lis/iustus/bon⁹/ dign⁹ et caetera alia ḡn̄s eius
 dē que cū infinitiuis iūgi solēt at̄ gerūdijs i dū
 exētib⁹ cū p̄positis oē ad orōnē venustabunt: si infini
 tū in finiti modi verbū ei p̄posito qui vel vt muta
 bit: Vt dign⁹ amari elegā⁹ dignus q̄ amet: v̄ dign⁹ vt
IN adiectiua & substantiua orationis nostre quasi habenas diuerticulo paruo reflectimus. Quid igitur aliud est puritas integra: quam integritas pura: Oratiõis igitur venusta fuerit elegãtia / elegãs que venustas: quũ substantiuũ nomẽ ab adiectiuo pfectũ cũ adiectiuo altero cõiungẽt; ac cõtra ab eo adiectiuo substantiuũ vnũ pferetur: & quod prius erat substantiuũ i adiectiuum redeat. Vt celebritas cõsummata consummatio quæ celebris Liberalitãre amplissimã amplitudinem que liberalissimam qua ceteros psequi soles veneratiõne psequi nõ cessam⁹. Quod temperate vt facias nihil sensu mutando monemus.

¶ Metaphora quã vtimur: ad eã rẽ vnde ducta est cetera oĩa referenda. Cap. CXXI.

 Vniã i oratorũ capũ tã pulcris floribus congesti refertũ iã ingressi sumus ibi flores vt plurimos poterimus colligere, & lectorũ ingenia redimere institum⁹. Eũ igitur cui⁹ suauiolentia naribus nr̃is blandit̃ discerpitũ studiosorũ ingenijs cõferam⁹. quũ igitur metaphora aliqua vtimur ad eã rẽ vnde origo est oĩa referat. Vt variegatis doctrinæ quasi margaritis ingenium tuum colorate distinctũ est. In vitiorũ barathrũ se precipitantes nihil quicquã quod nitidũ sit cõtingere possũt. Et ṽ

in orationis alienę tanquã speculo inspiciēs orationis
tuę faciētergere possis nitidiore: Cice: oīs & aliorū ex
ēpla p speculo oclis tuis subiiciēda curauimus. Ab his
qui pecudū ritu ad voluptatē oīa referunt. longe dissen: Cice.
timus: nec mirū. Nihil enī altū/ n̄hil magnificū ac diuī
nuz suspicere possunt: qui suas omnes cogitationes ab
iecerunt in rem tam humilem: tam que contemptam.

¶ Atque etiã si cōsiderare volumus que sit ī natura ho Idem.

minis excellentia & dignitas: intelligemus quã sit turpe

desfluere luxuriã ¶ Qui sūt leues/ & futiles/ & iportuni

Au. Gel.

loquutores: qui que nullo rerū pōdere inixi verbis hu-

midis & lapsatibus desfluūt: eorū orōnē bene aestima-

tum est in ore nasci nō in pectore. Lingua autēz debere Idem:

aiunt nō esse liberā nec vagā: set viciis de pectore e imo

ac de corde apertis moueri & quasi gubernari. ¶ Petulā Idem:

ria verborū coercēde: vallū esse oppositū dentiū lucuz

lente dixit Homerus: vt loquēdi temeritas nō cordis tã-

tum custodia atque vigiliã cohibeatur: set ex quibusdaz

quasi excubiis ī ore positis sepiator. ¶ Homīnuz stulta Idem.

& imodica blaterātium lingua tam pdīga ī frenis que ē:

vt fluat sēp & aestuet colluuiōe verborum tererrima.

¶ Huiusmodi autē loquacitatez/ verborū que turba

magnitudine inanī vastā facerissimus poeta Aristopha

nes ī signibus vocabulis denotauit ī his versib⁹. Homī

nem agrestī ferocia/ ore temerario/ effrenato pdigo/ pe

tulāre/ loquacē/ futile/ & fustū p verborū cōgeriē & fastū.

¶ Vicinum tanquam lupum adpetentem a deis quam Plau.

venditurus erat adulescens Carmidis filius quum pater

abesset: quum que Callicles cui adulescentis illius custo

dia credita erat rus abiuiisset: quia rure dū sū ego (inqt)

Callicles hos sex dies me absente / atque insciente / incō
fultu meo gdes venales hasce inscribit lri. Adesurit magis
& inhiauit acrius lupus. Obseruauit dum dormitarent
canes: gregē vniuersum voluit auertere. Fecisset a depol
ni hec presensissent canes. In metaphora lupus est ēptor:
canes Carmides Callicles: grex, tota adulescētis possessio.

¶ Prope / fere / ferme / tantū nō / quādo in ora
tione ponēda: & quasi vsurpandū eē aliter quā
triuiales consueuerint. Cap. CXXII.



Abernarii sermonatores & indocti p̄t̄cula qua
si vtuntur peiperam Dicunt enim ego quasi
cecidī id est parū abfluit quim ego ceciderim,
quod dicēdi genus ex literosis hominibus
nemo quisquaz dicere auderet. Dicerent enim. Ego pro
pe / vel fere / vel ferme / vel tantum non cecidī. Qui po
stremus dicēdi modus Valerio peculiaris est. Hunc ma
gistratum prope suscepi gerendum. Nomen tuum tan
tum nō immortale venerabūdus suspicio. Quid sit van⁹
Aulus Gellius ad hāc prope sētentiam definit. Vani nō
desipientes / aut hebetes / aut inepti sunt: set mēdaces / &
infidi / leuia / inauia que pro grauib⁹ & veris astutiss⁹
me / componentes. Tantum non incidī in hostes. Triū
phalem tuam eloquentiā auro quasi coronario illustrāt
omnes. Virgula quasi diuina ex animi sententiā mihi
prosperē omnia succedunt. Quom igitur similitudinez
quandam aut metaphoraꝝ dicimus: particulis quasi vel
tanquam vtendum esse nobis persuadeamus: Set ad ora
torum quasi scopum tendimus.

Cato.

¶ Nunquam tacet quem morbus tenet loquēdi: tan
quam vetero sum bibēdi atque dormiēdi.

Ira est cupidus orationis vt conducatur: qui ausculet: itaq; Au. Gel.
auditis non auscultatis tanquam phamaccopolam.

¶ Perinde cū particulis quali/vt/ac/ atque ab hoc
albo alicnum nō esse. Cap. CXXXIII.



X hoc albo delendum esse illud non arbitra-
mur: vt quum metaphoraz similitudinez ve-
dicimus particula p̄inde cū quasi/vt/ac/ vel at
que ponendū sit Pecuniā in thesauro adserua-
tam vinculis colligas peride quasi si parcissimo parcior
esses. Nomen tuuz quomodocūque immortalitari man-
dare dī cupis: perinde Pansanias Philippi Macedonis
interfeotor. Iudices ifidos o vtinam iam supplicio gra-
uiori multarent reges: perinde vt Cambyfes: qui mali-
cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam sella itē-
dit: in ea quæ filium eius iudicaturum considerare iussit.

¶ Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non
vulgandam set recondendam esse dicit: perinde: vt the-
saurum: eius que in promendo gratiam esse plurimam: Idem
si modesta/ & parca/ & modulata sit. Tu peride quasi cū
matri Euādri loquare: sermone multis annis iam desito
vteris: quod scire atque intellegere neminem vis quæ dic-
cas. Huiusmodi exempla perinde vt vis tibi compone:
quæ in Gelio perinde quasi herbido prato flores in-
uenias. ¶ Nos homunculi salillum animæ quam quum Plau.
extemplo amisimus: eque mendicus atque ille opulentis-
simus censetur ad acherontem mortuus. ¶ Tibi nunc p̄: Idem:
inde ac merere summas habeo gratias.

¶ Quod rerum numero certo
habitarum augmēto laudemus
ampliter aut vituperemus

Cap. CXXXIII.

r iii

Quo laudis aut vituperii cumulo bone de^o ora
 tionē nostraz cumularā reddim⁹: quū certus ē
 rerū aliquarū numerus: & rē ipsā quam dicturi sum⁹ au
 gere numerū significam⁹: Vt quia duo fuerūt Catones
 vita & morib⁹ percelebres: qualē si prædicare volo ho
 minē: eum Catonē tertiiū vocitabo. Vt in eo quod dici
 solet: tertius e caelo cæcidit Cato. Hominem squalidū/
 fœdū/sordidū/vētris illuuiæ pfluente. Harpyian quar
 tam nominatim dixerō. Tā sordulenta tanque mōstrosa
 est voluptas: vt Harpyian esse quartā facile mihi persua
 deam. Tā elegantes oris tui venustatē quum cerno: Gra
 tianū quartā mihi cernere videor. ¶ Tria cappa pessima
 dixerūt veteres. i. Cornelii Syllā/Corneliū Cinniā, Cor
 nelii Lēculū aut Ciliciā/Creā/Cappadociā. Si hominē
 igitur cui⁹ nomen a. C. litera incipit pessimuz dicitur⁹ siz.
 quatuor cappa pessima dicam. Ita apud Virgiliū dicitur:

Virg.

Auson.

¶ Initio furis ego sum tribus addita quarta.

¶ Lesbica pieris Sappho soror addita musis.

ΕΙΥΑΤΗ Δυρικωρ : αουιδωυ δεκατη.

¶ Cognomina eiusdem casus esse cum
 nominibus propriis: & vtrum eorum sit ante
 ponendum. Cap. CXXV

Et illud ætatis nostræ hoib⁹ quædænta lectione
 autores bonos excutiūt nō ignotū eē credim⁹:
 quædam plerofque i literis gregarios errare audimus: eos
 in viā reductos paucis curabimus. Nomē igit^r pprium
 & cognomē in eodē casu omnino ponātur: nec præpo
 sitionē de cognomini vulgario more præposueris. Præ
 ceptionis huius: quum literas primū salutauis: nescius co
 gnomen meuz feci latinum De bosco, Set metanœa qua

dā & refipiscētia ab ea ipsa barbarie id vindicauit: idque
 Siluiū feci Nō dices igitur De Spina. Set Spina. Arnard⁹
 Staracus: nō de staraco. Ioannes Campgiraldus. Iacobus
 Briō. Ioachi Lautret⁹ Joseph. Solomō. Nicola⁹ Philirea
 n⁹ Mathurin⁹ Biartus. Nicolaus diues. Michael Rodul
 phus. Georgius Floyon. Ioannes Miles Quos Siluia
 nē militē tyriculos fuisse ardētissimos tibi polliceor. &
 nisi hoc te moleste laturum crederē: adhuc nominarem
 Ioannem Cyntionez. Barptolemāū Oufelinum. Petrū
 Cedanum. Ioannē Quoelquesinum. Oliuerū Troteritū
 Stephanum Colettrum; & complureis alios eruditionis
 nostræ adfectas nihilominus cupidos. Set de hac re ha
 ctenus. Cognomina hæc in latinam vertamus vocem:
 quæ facile intellegatur cuius sit significatus. Illud sub
 inde dictum volumus: recentiores cognouentum sæ
 pius antepone. Vt Mirandula Picus. Andronicus
 liuius. Siluius Franciscus: quod ad probes nec netuum
 sit iudicium. Eo tamen modo aliquid habere vidētur
 elegantia.

In illo Vergiliū carmine Orphi
 Calliopea, &c. cuius casus sit
 Orphi & de compluribus aliis
 præter vulgatam grammatis
 rum sententiam.

Cap. CXXVI.



T autē studiosa iuuetus ex laboribus nris ali
 quāto maiorē capiat utilitatē i grāmaticę rei
 cui⁹ fores aptas iā videm⁹ paulū vt hospites
 diuertēduz esse putauimus. Plærosque igitur in literis
 non incelebres dubitare audimus cuiusnaz sit ibi cas⁹
 Orphi Calliopea & in compluribus aliis Vt tamen

eo lapide quem volunt exhoneremus: præceptionem hanc positã voluimus. Nomina græca inclinamētī tertii exeuntia in es ad secundūz migrant sæpius: quibus tunc eius finitio est. Vt Achilles Achilleus. Vlysses Vlysseus Quæ vero in eis exeunt inclinationis secundæ (etiam si propria fuerint dico) in tertiam vertentur/eus in es mutato. Vt Orphe⁹ secundæ/Orphes tertix. Perseus Perseus. Ibi igit̃ Orphis Calliopea/Lino formosus Apollo inclinatur Orphes: Orphi vel Orphis: Orphi iam validã Ilioni nauem: inflectitur Iliones: Ilioni vel Ilionis: Ilioni Quod idem de cæteris Dicendū tibi persuasū habeas. Vt i Epodis Oratianis quos ibi adscribo vers⁹ scribūť

Orat.

Heu peruciãcis ad pedes Achillei.

Laboriosi remiges Vlyssei.

Laboriosa nec cohors Vlyssei.

¶ In oratione pedestri vt præceptione hac vtare non monemus.

¶ Ad Veneris/ad Apollinis & alia hoc genus quid habeant significatus: qua que ratione grãmaticis dicantur. Cap. CXXVII.

¶ Utos ab me quæsiuisse quidnam significatus sit in ea clausula in epistolis Ciceronis ad Atticum Senatus ad Apollinis datus est: quæ que grammatica sermōis huius ratio sit, iccirco Philip. Beroaldi ingeniorum floris illibatissimi: ac laborum in literis adperentissimi verba quæ sæpius illis respondendo protuli hinc adscripta volui. Ea autem sunt hæc ex adnotationibus in liuiv. Hic (inquit) honestissimus loquendi modus est apud antiquos: vt absolute dicatur. Ad Dianæ: ad Vestæ: ad Apollineist extrinsecus: subin-

tellegamus templum. Ita Oratius libro primo sermone
Ventum erat ad vestra. i ad templum vel ædem. Terenti⁹
i adelph. Vbi ad Dianę veneris: jto ad dexterã. i ad Dia
nã templum Hęc ille. inibi verba illa. T. Livii ex libro p
mo Admurræ date sedes In huiusmodi orationibus (vt
Porphyrio scribit) amãr nescioquo modo eclipsi i rela
tione sui loci sacra: sic em̄ dñcẽdũ tenet: eo i Claudii vel
Telluris: nec addim⁹ rẽplũ aut ædem. Laudinus ibidem.
Sic alibi (inquit) senatus eo die conuenit ad Cõcordiã.

Nomina primi sequundi quarti & quinti incli
namenti quos habuerint casus apud ætatis
priscę scriptores. Cap. CXXVIII.

Antiquitatis illius reuerendæ complures vide
mus studiosos: quod ideo nos mœnet: vt in
hoc literationis diuerticulo pl⁹ satis hæreã
mus: & quoniam fuerint casus nominales qui nunc apli⁹
non sũt breuiter recenseamus. Nomina ergo inclinamẽti
primi interrogãdi casum hoc est genitiuum numeri sin
gularis a Græcis adicipientes eius finẽ /as/ fecerunt. Hic
paterfamilias & materfamilias adhuc dicimus.

Castella custodias thesaurum: p custodia (inquit) Ser Sa'ust.
ui⁹ & ita etiã asp̄ itellegit: licet alii custodias adculãdi ca
sus velint. **N**ihil ipsa nec aurã / Nec sonitus memor / Verg.
aut venientis ab æthere teli. Interrogandi eiusdem incli
namenti casus in ai Diphithongon exiuerunt. Vt

Caulai imedio libabãt pocula Bacchi **C**nectamẽ ex Lucret.
psemur vitai fructibus vniquam. Quod apud Lucretiũ
non insolens ẽ. Quid præter hæc scribat Gellius ex Pub.
Nigidiĩ viri doctissimi autoritate adscripsisse nõ pœ
niteat. Eius ergo verba hæc sunt. Si huius (inquit) amici

vel huius magni scribas: per vnū i facito extremū. Sin
vero hi magnei hi amici casu multitudinis recto: tū añ i
scribendum erit e. Atque id ipsū facies in similibus. Itēz
si huius terre scribas: i litera sit extrema: si huic terre per
escribendū est. Item mi qui scribit in casu interrogandi:
velut quū dicimus mi studiosus: per i vnū scribas: non
per e. At quum mei: tū per e & i scribendum est: quia dan
di casus est. Hac ille. Quod non plane exhibilandū cen
semus nec explodendum nec ab vsu scribundi reicien
dum. Quisenim nescit Aldum Manutium memorie no
strae virum haud dubiæ grammaticæ rei prudentissimū
illud in scribēdi vsu crebriore solitum obseruare: vt no
minum tertii inclinamenti non generis neutrius terminā
tium casū multitudinis patriū in i um adculandi casum i
eis (vt omnis forteis) finiat sapius. Ei autēz Dephthon
gum qua nunc Graeci vtuntur potissime modo in e mo
do in i mutari nemo nescit: qui Græcas literas etiam per
transenam solum inspexerit vt *ΜΕΔΕΙΑ* Medea *ΘΑΛΙΑ*
Thalia. Set ad ea que superant contendamus. Pro inclina
menti quarti ratione Geliana itidem verba quāuis mī
ta sint non tamen auribus: vt credo: fastidiosa adscribo:
quæ sunt hæc Varronem (inquit) & Pub. Nigidium vi
ros Rōani generis doctissimos cōperimus non aliter lo
quutos esse / & scripsisse: quam senatus / & domus / &
fluctus qui est patrius casus: ab eo quod est senatus / do
mus / & fluctus: huic senatui / domui / & fluctui: cætera
que his consimilia pariter dixisse. Terentii quoque cō
mici versus in libris veteribus itidem scriptus est. Ei⁹
anuis opinor causa: quæ est mortua Hanc eorum au

... si huiusmodi ...

toritatem quidam e veteribus gramaticis ratione etiam
firmare voluerunt: quod omnis datus singularis li-
tera finitus: nisi non similis est genitui singularis: s lite-
ra addita genituum singularem facitur patri patris/du-
xi duois/ cecidi cecidis. Quum igitur (inquit) in casu dan-
di huic senatui dicimus genitiuus ex eo singularis sena-
tuis est: & non senatus. Sed non omnes concedunt in ca-
su datiuo senatu magis dicendum: quam senatui
sicut Lucilius in eodem: victu & anu dicit: non vi-
ctui & anui in hisce versibus. Quod sumptum atque
epulas victu praponis honesto. Et alio in loco. Anu
noceo inquit. Virgilius quoque in casu dandi adspe-
ctu dicit: non aspectui. Te que adpectu ne substrahe
nostro. Et in Georgicis. Quod neque concubitu indul-
gent. C. autem Cæsar grauis autor linguæ latinæ in An-
ticatione. Vnius (inquit) adrogantiæ superbiæ que do-
minatu que. Item i Dolobella actionis adhibuisti. quo-
rum in adibus phanis que posita & honori erant & or-
natu. In libris quoque analogicis omnia illiusmodi sine
litera i dicenda censet. Hæc ille. Ex quo nubi iam magnife-
starium esse arbitror ibi Parce metu Cytheræ: metu eē
datiuū casum. in cuius versus in interpretamento Badio alio:
qui grauissimo scriptori reclamo: cuius verba sunt hæc.
Sūt ramen (inquit) qui putent metu pro metui esse: set
si noui ingenium poeta: non diceret parce metui et iā
si vers? pareret. Nihil tamē quicq̄ ex integro nomine
Badiano detrahere velim: operam cuius mihi profuis-
se plurimū non negaueri. Nemo em̄ (vr autor ē Varro)
reprehensus est. q̄ e segete ad spicilegitū reliquit stipulam:
set quod reliquū est voce magna nos iclamat. Facies &

nomina inclinamenti eiusdem reliqua genituum in es
exiens vt facies produxerant. Gellius enim testimonium
hoc Quadrigarii citat. Nemo (inquit) audebat propter
magnitudinem & immanitatem facies. Meminimus
etiam (inquit idem) in Tiburti bibliotheca inuenire nos
in eodem Claudii Quadrigarii libro scriptum vtriusque
facies & facii: set facies in ordine scriptum fuit: & rōtra
per ii geminum facii: neque id abesse a quadam consue-
tudine prisca existimauimus. Nam ab eo quod est hūc
dies: tam huius dii & ab eo quod est hūc fames tā huius
famii dixerunt. Ibi igitur munera laticiam que dii: dii p
dici scribit Virgilius. Quod imperitiores dei legunt ab
insolentia scilicet vocis istius abhorrentes Sic autē dies
dii a veteribus declinatum est: vt fames famii/perniciēs
pernicii/progenies progenii/luxuries luxurii/acies acii.
Cuius exempla Gellius profert. C. Caesar in libro de ana-
logia secundo huius die/& huius specie dicendū putat.
facii autem in nullo veteri libro. Au. Gellius se reperit
se testatur. In casu autem Dandi qui purissime loquuti
sunt non facies vti dicitur tunc: set facie dixerunt. Luci-
lius in Satyris. Et primū (inquit) facie honestas adcidit
Set de hac re nimis multa fortasse dicimus. Quæ si plu-
ribus verbis enarrata desyderes: Geliāne illæ noctes cla-
rissimæ: clarius in lucem exponent.

Verba supina duo habentia que partici-
pia ex se ducunt. Cap. CXXIX.



Am multa in Grammatica nō satis concinne
composita: vt se componamus ornatius nos
distrahūt: nec alioqui nos abire vix patiūtur:
nisi ad se reditum nostruz. breui: capatius que

myrothecius pigmētis variū omnino refertū quibus
 ad penicillum depingere politius ego pollicatus esse.
 A verbo in prius abitu impetrare non queo quā aliquot
 suas partes (vti ex noie fecimus) ornate cōpositas i pu-
 blicū educere. Verbo igr̄ partim faciēdū satis putamus.
 Verba supinū duplex hñtia cuiusmodi est ruitū & rutū
 a ruo ex hoc gignūt participiū p̄teriti temporis. ex illo
 futurū in rus originat. Vt mortuū & moritū/mortuus
 et moriturus: ortum & oritum/ortus & oriturus: caritū
 & cassum/cassus & cariturus: rutū ruitū/rutus & ruitu-
 rus: altū & altum/altus & aliturus. Quāquam ego me
 mini legere apud Valerium alitus.

¶ A compositorū verborū & simplicium su-
 pinis diuersa quandoque produci participia.
 Cap. CXXX.

Velim nolim hic adhuc parūper hæream com-
 pellor: siquidē participium compositione hac
 tumescens / & quasi pennas adrigens vna cum
 verbo stili nostri partem ceperunt vsque adeo valide:
 vt ad eorum petita stilū nrm adlabi necessum fuerit. cui
 partē illā tradidere concinnandā. Verba illa nitōr / tun-
 do / misceo supina hñt nifum & nixū / tunfus & tusum /
 mistum & mixtum: ab his ducuntur participia compo-
 sita ab illis simplicia vt nifus connixus enixus.

Sili ce in nuda connixa reliquit. Et iuuenemque super Verg.
 bum seruitio enixe tulimus. Tunfus. ¶ Peplumque fe- Idem.
 rebant simpliciter trilles: et tunsa pectora palmis. Con-
 tusus / pertusus. Mistus commixtus pmixtus. Nec nos
 aduaueris nisi saepe aliter deprehenderis. Qua præce-
 ptione mihi facile persuadeam vocem illam scriptura

facræ expansis in cruce manibus esse latinam non bar-
baram nec aduentitiam. Vt aliqd scripturæ huius non sa-
tis Probos fautores cõtendere audimus. Liter Gelius flã
mæum expallum a Cæcilio dictum fide bona adseueret:
& a Plauto dispeffis manibus. set alio diuertendum est.

Inter adiectiuũ vocẽ ad neutrũ genus tradu-
ctã & substantiuũ in patrio casu ab eadẽ rectũ ali-
quid eleganter interseren dum, Cap. CXXXI.



B hac grammaticę rei importuna scriptione
adeam que oratoria est me recipisse quum se-
tio: nihil minus hercle gaudii animum adficie-
meum: quam quum nauçe vndabundo mari
iactati & decumanis fustibus semiobrutũ multoque tẽ-
pestatum stridore circumlatrati portum tenent latantur/
gestiunt/susultant/ vitulascunt. Iucundo igitur stilo id
quod habemus reliqui persequamur. Præceptionẽ quã
dam ab Aug. Darho datam esse animaduertimus: qua
præcipitur: vt adiectiuum tractatum ad neutrum ge-
nus in genitiuo casu quod prius fuerat substantiuum
suum regat. Vt multum laboris illud tamen quasi por-
sima quoddã vt adiungamus scriptorum lectio non in-
frequens nos admonet: vt interhas voces ponendum
aliquid curemus. Vt id solum temporis scribo quo
a lectõibus feriari nobis datũ est. Tantũ apud me pō-
deris nostra habet amicitia vt nihil est quod eius causa
non libenter susciperem. Nihil ad me literarum adhuc
dedisti. Nonnihil potes exemplorum talium pro ar-
bitratu componere.

Et si negociis familiaribus impediti vix satis ocium
studio suppeditare possumus: & id ipsum quod datur

ocii libentius in philosophia consumere consueuimus

C Perfecta quidem sapientia sumus: si nihil habet res Idem.
viti. Cupiens suus quid haberet animi filius cognoscere

C In paucis admodum adiectiuis huiusmodi ad neutrum Terent.
genus translationem facias velim.

C Ab adiectiuo producendum esse substantiuum quod
cum substantiuo in casu eodem coniungatur aut eorum
alterum in genitiuo ponatur. Cap. CXXXII.

Mulud etiam de adiectiuis quod quasi prateritis
ramus nobis manus iniicit: ut se quoque alba
linea non pratereamus. Adiectiuum cum substantiuo
si habueris substantiuum utriusque in casibus eodem
vna coniunctio copulet: vel eorum alterum ab altero
in patrio casu regatur. Ut rem quancunque gerenda
suscipiant hi quibus est bonitas & natura: ut inde gloria
sibi pariant æuithernam. bonitas & natura. id est natura
bona. Tibi est nature bonitas. Seueritate senectutis
adulescentia refugit. Adulescentia & lubricitas in voluntatem
procliuis est nimium. Pluraque alia pro facilitate
& ingenio finge exempla.

C Pueris non omnem ludendi licentiam damus: set eam
quæ ab honestatis actionibus non sit aliena.

C Quod alius in oratione geminatum multam
habeat venustatem. Cap. CXXXIII.

Vtriuualium sermonem alius hoc est rusticis hominibus
placet: & aliis gratum maxime & re vera latinę linguę
puritatem nimium sordidatæ cauea explodam
(labori nullo par:

cedendum nobis putauimus. Quum igitur in oratione pro
nomen aliquis ponitur cum nomine alius: illud pro
nomen in nomen aliud non illepide conuertitur. Vt alii
qui diuitias & alii honores praponunt Elegantius
dixeris. Alii diuitias: alii honores praponunt. Vel di
uitias alii: alii honores praponunt.

Animos suos alii ad virtutem alii ad diuitias adplicant.
Amicitias non easdem esse omnes audiuimus alie enim
crebra literarum misſiculatione, arctiores colligantur: alie
non parum offenduntur. Ingeniorum alia sunt facilia: alia
nimis obtusa. Præceptionis huius exempla tu tibi alia
componere: alia non impigra oratorum lectio tibi propo
net: Nec plura nunc postules ne aliis gratificari volens
alios offendat. Hominibus enim aliis alia placere solent.
Cic. ¶ Quod ita: vt quum emerim / ed / ficarim / tuar / impeda
tu me inuito fruare meo. Quid est aliud: aliis sua eripere:
aliis dare aliena.

Idem. ¶ Sunt autem multi quidam cupidi splendoris & gloriæ:
qui eripiunt ab aliis: quod aliis largiantur.

Idem. ¶ Cauendum est ne maior poena sit quam culpa: & ne
isdem de causis alii plectantur: alii ne adpellentur quidam

Idem. ¶ Alios videmus velociter ad cursum: alios viribus ad
luctandum valere. Itemque in formis aliis dignitatem

Idem ¶ inesse: aliis venustatem. ¶ Se alii ad philosophiam: alii
ad ius civile: alii ad eloquentiam adplicant. Ipsarum que
virtutum in alia alius mauult excellere. Qui aliis nocent:
vt in alios liberales sint: in eadem sunt iniustitia: vt si in
suam rem alienam conuertant.

¶ Alienus quam venustatis gratiam in
oratione habeat.

Cap. CXXIII.

Que vocabulo alius alia diciturus eram: hoc tam
men exemplo superiore admoneor ut de no
mine alienus pauca dicam: dein domum re
petam. Vbi domestico sermone utentes po
nere consueverunt genituum aliorum: qui a sacro mu
satum contubernio non discedunt utuntur nomine
alienus. Ut aliorum bona diripere psueuisti: aliena bona
diripere psueuisti elegantius dices. Felicitate aliena egre
scunt iuidi. Alienam phamam fugillare conat inuidia. Alie
na facta negligo. Mea potius negocia quam aliena confi
cienda curo. Tu quasi mus es alienum cibum.

Peregrini & incolae officium est: nihil praeter suum Cic.
negocium agere: nihil de alio inquirere: minimeque in
aliena esse republica curiosum.

Verecundia iustissimis viris praecipit: ut priuatas fa Valer.
cultates negligenter: publicas quam amplissimas esse cu
perent: digna cui perinde ac caelesti numini templa ex
truantur: ara consecrentur: quia parens est omnis hone
sti consilii: tutela solemnium officiorum: magistra in
nocentiae: cara proximis: adcepta alienis: omni loco / om
ni tempore fauorabilem praese ferens vultum.

Labore alieno magnam partem gloriam verbis saepe in Terent.
se transmouet: qui habeat salem quod in te est. Hoc ut
facilius noueris testimonis alienis non opus est: si in tri
bus his quos ego imitor oratoribus temporis aliquan
tum & studii adsumperis.

Alter quam & aliud quam ex oratione
tollenda & quid in eorum locum substi
tuendum sit.

Cap. CXXXV:

AD id quod inchoatum in manibus nup habebam nunc
 redimus. Sermonem cotidianum has voces in ora-
 torum usu non detritas aliter quam aliud quam
 deterere solent. si vero cum atris prudentissimae quouis
 oratore loqui contendas: pro aliter quam aliter gemina-
 ueris: quod idem de aliud quam facitandum suademus. Ut dicit
 aliter quam cogitet. Aliter dicit aliter cogitat dictum est
 venustius. Aliud dicit: aliud cogitas. Aliter dicit: aliter
 scribis. Alium te oratio alium scriptio demonstrat. Al-
 liud est virtutis: aliud voluptatis praemium. Exempla
 alia apud semitarios doctores & alia apud spectate fidei
 scriptores reperias. Nec nos aliter dicimus aliter dicendum
 praecipimus. ¶ Aliter leges: aliter philosophi tollunt
 astutias. ¶ Maiores aliud ius gentium: aliud ius civile esse
 voluerunt. ¶ Aliter censor loqui debet: aliter rhetor.

Cic.
 idem.

Au. Gel.

¶ Nectamē aliter ac fecim⁹ orationē pāgues si p quā
 posueris ac vel atque Ut ego te aliter actibi dixerint de-
 ligo. Nunquam aliter ac dixi factum videbis.

¶ Vnum alterum & aliud quomodo
 venustant orationem Cap. CXXXVI.

Illud a Ciceroniana & Geliana usurpatione alie-
 num esse nemo adseueraturus sit. Quū aliquid
 diuidimus vnum pro primo. alterum pro se-
 quūdo: aliud pro tertio ponam⁹. Ut qui bene beate que
 viuere cōtendet: tria illa diligēter euitata curet. Vnū
 vt diuitiarum cupiditati manus non iniiciat. Nihil em̄
 est tam augusti animi tam que parui: quam amare diuiti-
 tias. Nihil: honestius magnificētius que quam pecuniā
 contennere si non habeas: si habeas: ad beneficentiā libe-
 ralitatem que conferre. Alterum vt glorię cupiditatem ca-

ueat: eripit enim libertatem pro qua magnanimis viris
omnis debet esse contentio. Aliud ne blandis Syre-
num voluptatibus aureis aperiat: nullā em̄ capitaliorē
pestem quam corporis voluptatem hominibus a natura
datam Architas Tarentinus dicebat.

¶ In genere naturali & honesto duo vitia vitanda sūt. Cic.

Vnum ne incognita pro cognitis habeamus his que
temere adsentiamur. Quod vitium effugere qui volet
(omnes autem velle debēt) adhibebit ad considerandas
res & tempus & diligentiam. Alterum est vitium qđ qui-
dam nimis magnum studium / multamque operam in
res obscuras atque difficiles conferunt: easdem que non
necessarias. ¶ In iuriā duo genera sunt. Vnum eorum
qui inferunt. Alterum eorum qui ab his quibus inferunt idem.
(si possint) iniuriā non propulsant.

¶ Omnino qui reipublicæ præfuturi sunt: duo Plato idem.
nis præcepta teneant. Vnum vt utilitatem ciuū sicutue-
antur: vt quicquid agunt: ad eam referant: oblitū commo-
dorum suorum. Alterum totum corpus reipublicæ cu-
rent ne dum partem aliquam tuentur: reliquas deserant
Pro alio tertium non minus eleganter posueris.

¶ De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is
Diagoras tres filios adulescentes habet. vnum pugilē Au. Gel.
alterum pancratiastem: tertium luctatorem. Plau.

¶ Tres vnā pereunt adulescentes mulierem: rure vnus
alter vrbe / petegere tertius. Plau.

¶ Alterum de duobus dici: & quod sit aliquan-
do relatiuum: quid etiam alteruter significet.

Cap. CXXXVII.

Lterum de duobus dici nemo nescit qui moni
 mēta Vallæ aliquātū excusserit. Vt Philippus
A Macedonū rex quū vrbē Methonā oppugna
 ret sagitta vulneratus alterꝝ pdidit oculū. alterū. i. vnū de
 duobꝝ. Qd idē alteruter vox vna significat. Altera manu
 fert lapidē. panē ostentat altera. ¶ Si ob discordiā dis
 sentionem que seditiō atque discessio populi in duas p
 reis fieret. & ob eam causam hiritatis animis vtrinque
 arma caperentur / pugnaretur questum qui in eo tēpore.
 in eo que casu ciuili discordiē nō alterutra parte sese ad
 iūxerit set solitarius separatꝝ q̄ a comuni malo ciuitatis
 secesserit: iis domo / patria / fortunisque omnibus cares
 to: exul / extorris q̄ esto. Pro sequēdo nōnunquam nec
 ineleganter adcipitur. Vt vir eloquentiæ laudibus a Ci
 cerone alter. Rex erat. Aenæas nobis quo nō præstātor
 alter. ¶ Alter ab vnderimo tum me iam ce perat annus.
 significat etiam id quod dici solet adhuc vnus.
 ¶ Alter erit tū Typhis: & altera quæ vchar Argos. Pro
 alio vsurpatū inuenimꝝ siue de duobus siue de pluribus
 intellegas. ¶ Qui de altero obloquitur ipsum se intueri
 oportet. Adceptum etiam relatiue non ignoramus: quū
 duo referre elegāter volumus: priore tamen prius & po
 steriore posterius referatur. Scipionen & Ciceronē alte
 rum bellica re / alterum eloquentiæ copia Romana ciuitas
 admirata est. Virtutis cum voluptate nullum est cōmers
 tium Altera enim diuina diuinum efficit hominem. Al
 tera pecūina a diuine rei dignitate hominem longe alie
 num distrahit Probitatem morum & liberalitatem ami
 citiæ formenta duo certissima non ignoramus Altera
 enim prima ponit amicitia quasi seminia Altera pariter

Au. Gel.

Verg.
Idem.

Idem.

Plau.

eiusdem nutrimenta suggerit huberrima,

Uterque & neuter cum nomine altero coniun-
ta qd significatus habeat. Cap. CXX XVIII.



B his certe vocabulis pedē vix mouere possu-
mus illud ei prater hæc dicturi sumus. Solent
multi in literis non sane aspernandi has pro-
fundere orationes. alter alterum virosiſ verborum acu-
leis stimulat. Neuter alteri quicquā nocuit. ſz qui ad tētiore
cura ſcriptorum monumenta excutiunt; aliter dicendum
Putant. Sic enim dicunt. Vterque alterum virosiſ. &c.
Neuter alteri omnino quicquam nocuit. Vterque ad al-
terum ſcripſit. Vterque alterius gladio cecidit Amico-
rum neuter alteri inuidere poteſt. Neuter ceſſat hono-
riſſice de altero & loqui & ſcribere. Vterque noſtrum
alteri præceptor eſt pariter & diſcipulus. Quum enī di-
cis alter alteri obſequitur: id proprie ſignificatur: vnus
de duobus vni de duobus obſequitur. Elegantiſ origiſ
& copioſior fuerit illa oratio,

Diutinum referri ad tempus ele-
gan- ius quam longum Cap. CXXXVIII.

Dire & integre qui loquūtur: ſolent nomē diu-
tinum uſurpare quum tempus ſignificant: lō-
gū aut rarēter admodū dicūt. Vt diutinū labo-
rem perpeſſus ſum elegantius quam longum dictū eſt.
Mundialiū rerum non diutina voluptas eſt. Ex quo
tempore amicitia conglutinati ſumus: eius diutina fuit
fælicitas Hominum literis operā dare coactorū diutina
eſt miſeria. **C**æmiſius lepidus & fului⁹ Flaccus nobili-
gñe apliſſimis q̄ honorio⁹ & ſūmo loco i ciuitate præ-
diti odio iter ſe grauē/et ſimultate diutina cōſiſtati ſūe.

Aul. Gel.

Idem.

Pacuius grandí iam ætate & diutino corporis morbo adfectus est. ¶ Longū autem ad quantitatis magnitudinem prope sepe referri debet.

Quod multus pro magno ponit eleganter.

Cap. CXL.



M Gelianis noctibus illud splendore multo nitescit; ut nomen multus pro magno sepius dicitur. Ut nois tui multa est celebritas. Multa fuit Ciceronis eloquentia. Multa sibi utilitatem amicum ultro citroque muerum collocatio adfert. Multa est que te persequor benevolentia. Honorum multum bellicis rebus Galili sibi parat. Cato apud ætatis sue homines vir fuit multi celebratque nois. Tam multa est natalis Domini Iesu celebritas: ut in ea merito excolenda viribus humanis factis ceteris angelorum ministerio fuerit operum. Ad hoc id pono exempli: ut cotidianos nostros labores (quod multi sunt) cotidianasque occupationes non ignoraueris. Exim Progyrnasmata hec subciviliis horis & tumultuariis esse scripta: quam scilicet a lectionibus nostris & interpretationibus vacatio & quasi institutum quoddam nobis datitidem non ignoraueris. Quod ne stili nostri multis iugam varietatem admirere: causa (ut arbitror) erit.

¶ Aliquot quam aliqui ponit elegantius. Cap. CXLI.

Umerum aliquem quum dicimus elegantior fuerit. ¶ **U**surpatio nois aliquot quam aliqui in numero multitudinis. Ut aliquot iudi fortunis meis invidet.

In peccato aliquod iudicium. Domus aliquot iudicium absupte sunt.

Virg.

¶ Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Versus aliquot de Herculis laboribus ab Ausonio Gallo non a Virgilio scripti sunt. Phos aliquot viuentes aliter & aliter precipientes fuisse audiuimus. Preceptionis huius

exempla sunt aliquot apud Ciceronē: set plura in Gellianis noctibus hospita sunt.

¶ Noia homo & vir aliquantū discriminis in significato habere. Cap. CXLII.

Qui monimēta Gelliana examine diligētī repēderit: is noia hęc duo hō & vir nō sēp esse pōderis. eiusdē dephēdet. Virū ei (cāquā virtutis aliqd̄ specimen habeat) in ptem laudis semp̄ adcipit: qđ ex his verbis nō possis nescire. ¶ Demosthenem tradūt & vestitu ceteroque cultu corporis nitido/venusto/nis misque adcurato fuisse κομψη illa: elegans illa veltis/ & molles tuniculae ab amulīs aduersariis que probro datum: hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis nō temperatū: quom̄ patū vir: ore quoque polluto diceret. Dices ergo uir infimā pene lectionis. Vir moribus p̄batissimis. Multa beneficiorū amplitudine vir non indignus. Homo autem nunc in laudem: sapius in vituperiū dicit. Cicatricolae cōscientiae hoies hois adpellatione indigni sunt in glauis pfunda homines ad honestam rem gerenda. Imaxime sunt inutiles.

¶ Aulus Albinus in historiē p̄cipio ad hęc sniam scripsit: neminē succēdere sibi puenire: si qđ in his libris parū p̄positū/āt min⁹ elegāter scriptū foret. Nā sū iqt hō Romanus natus in latio: Græca oīo a nobis alienissima est.

¶ Tunicis uti virū plixis ultra brachia: & vsq̄ i p̄mores manus: ac p̄pe i digytos Romæ/atq̄ oī i latio de eorum fuit. ¶ Viri autē Rōani p̄rio qđē siue tunicis: toga sola amicti fuerunt: postea substrictas & breues tunicas citra humerum designantes habebāt. Quod genus Græci dicunt *εσομα* id est substrictas sine manicis tunicas.

Aul. Gel.

Aul. Gel.

Idem.

Idem

Idem.

Hac antiquitate inductus Pub. Africianus Pauli filius vir omnibus bonis artibus atque omni virtute p̄ditus Pub. Gallo homini delicato inter pluraque alia quæ obiebat: id quoque probro dedit: quod tunicis vteretur manus totas operientibus.

¶ Conciuem latinam vocem non esse.
Cap. CXLIII.

QUum ex multis aliis tū maxime ex Pīanis commentariis in Plautum cognoscimus conciuem non esse latinam vocem. Est enim dicendum: ciuis meus: ciuis tuus: ciuem suum occidit. Vel popularis meus: popularem suum quā peregrinum opibus iuuare natuæ est cohærentius.

Valer. Theseus vicati disperfos ciueis suos in suā urbē p̄traxit.

¶ Cuius/cuias/nostras/& vestras: aut no:
ster/& vester quid habeant venustatis.
Cap. CXLIII.

TAbernarias istas esse voces: pro quo est liber: de qua patria es: de qua natione: est cōpatriota meus: nemo tā idiota est q̄ nō cognoscat. Quæres igitur cuius est liber: cuius crumina: cuius pecus: cuias es: Cuias essem non quæsiuit. Cuiatis autem & cuiate/ vt fortis & forte latinos veteres dixisse compluria veterum testantur monumenta.

Apul.
Idem

¶ Is nimio festinandi studio p̄conē rogat cuiatis esse.
¶ Set vt prius noritis qui sim/& cuiatis/& quo quæstum nunc eam audite. Quod idem de nostras & vestras dicendum tibi persuade Cicero tamen in libris officialibus noster & vester: nō nostras & vestras semp vsurpat: quod Gellio sæpius obseruatum animaduertimus. Non

igitur de patria nostra vel nobis compatriota dicas: set
noster aut nostras & vester aut vestras: ratione eadem
dicturus sis.

¶ Dei quodnam sit epitheton. Cap. CXL V.

Deus immortalis/deus vltamundanus / deus
optimus maximus cum his epithetis apud scri
ptores classicos dictum prope semper offendi
mus Amicitiam nostram deus immortalis rite secundet
Vt felicitate qua accepisti pennas Deus Opti Max. (sic
enim ferme semper scribi solet) tibi concedat Virtutis il
lius diuinæ fautores Deus vltamundanus beneficiorū
altitudine cumulat. Humanæ rei curam deus immortalis
nō negligit. ¶ Verba Metelli sunt hæc. Dii immortales
plurimum possunt: set non plus velle debent nobis quā Au. Gel.
parentes. At parentes si pergunt liberi errare: bonis ex hę
redant. Quid ergo nos a diis immortalibus diutius expe
ctemus: nisi malis rationibus sinez facimus. Idem deos
propicios esse æquum est: qui sibi aduersarii nō sūt. Dii
immortales virtutem adprobare: non adhibere debent.

¶ Nobis dii immortales animum ostenderunt suum. Plau.

¶ Bone deus/dii deæ que omnes/ aut immor
talis deus in casu vocandi quod pondus
orationi addat. Cap. C XLVI

Bone deus/dii deæ que omnes/ aut immor
talis deus in casu vocandi quod pondus
orationi addat. ¶ Vum particule alicuius vim augere volumus
non paruum (crede mihi) adcedet incrementum
si vnū ex his vocatiuis bone Deus/ aut dii deæ
que omnes: aut deus immortalis adcesserit. Vt quā mul
tam Bone Deus voluptatem ex amicitia nostra capio.
Quam preclarum est dii deæ que omnes ad virtutis p
stantiā curas suas omnes cū diligentia conuerrere Quaz

longo interuallo de^o immortalis homines alios præcedūt
hi qui disciplinis bonis animum suum illustrant.

Cic.
Ter.

¶ Quantus est error dii immortales eorum qui istā legem
excogitarunt. ¶ Dii boni: boni quid porto. ¶ Dii im-
mortales quibus & quātis me donatis gaudiis. Quo igitur
pondere bone deus orationem pressurus sis; id obser-
uatum si curaueris.

¶ Quid cum vocibus emphasim habentibus
ab ætatis huius consummatis oratoribus adū-
gi solet perpulcre. Cap. CXLVII.



Nominibus ad nomina alia & ea quæ pro no-
minibus poni solent stilus nolter ppter ea vir-
titur: quia de pronominibus pauca nūc protin⁹
dicturi sumus. Clamare non cessat Oratius in
epistolis vetustū quencunque hoc ē etiam idodissimū
poetam in pretio multo haberi: eorum vero qui viuunt
etiā in literis prudētissimū negligi. Qd' ætate nostra nō
dubiæ exerta voce & silentiore cōclamādū esset. Nō em̄
poetæ soli: set & oratores nostri contemptui habentur
eorum scripta paruipenduntur. Quod comune omnium
vitium Phauorini dicitur illd' scitissimum loquere ver-
bis præsentibus curare habeat. Quoniam tamen nostras
hanc oratorum nouitatem nobis placere ingenue pro-
fitemur: de eius elegantia immodica nō multa dicturi su-
mus. Et ne lectoris desiderium nimis adtendam rem ad-
grediamur: Quum vox aliqua emphasim: hoc est latentem
quandam significationem quæ maior aut minor est
quam quod dicitur habet: eius interpretamentum adiun-
gere solēt. Vt literas tuas; hoc ē politoris disciplinæ colo-
ribus ornatissimas recepi. Munus tuum hoc est mei amā

tissimi hominis gaudialiter adcepi. Facinus vestrum hoc
 est profligatissima vitæ hominum spurcitate nimia de-
 spuendum est. A Cicerone hoc est viro eloquentissimo
 vituperari. M. Antonius duxit flagitiosum, A 3o illo hoc
 est subdudi supercilii vituperatione vituperari decus non in-
 phamia est. ¶ **H**abeo tibi: & semper habebō gratias non so-
 lum ut amico & beneuolo: set ut Politiano id est homi-
 ni doctissimo. Pl⁹ enim est a Politiano. quam ab amico
 laudari. Testimonium & iudicium amici fallitur. Politia-
 ni etiam amantis non fallitur. ¶ **Q**uia te maxime dili-
 gebam v r hominem eruditissimum: cupiebam que sine
 exceptione ab omnibus posse laudari: ideo quæ sentie-
 bam a liuidulis fortasse notatum iri: ea tibi clandestina
 aliqua via nota fieri desyderavi. Compluria hoc genus
 exempla reperias in epistolis virorum illustrium hoc est
 latinæ linguæ delictis illustre suffarcinatorum. Interpre-
 tamenta quarum discipuli nostri ab nobis singulis fere
 diebus plausibiliter non sine vtilitate multa audiunt. Quæ
 nos aditurum in lucem ideo superamus quod earum sane
 quam difficilium & reconditæ scientiæ refertarum lectio
 tam frugifera est: tam que fruduosa: ut tum de politioris
 hoc est grammaticæ artis studiosorum studio Silium
 ad vniuersam omnium quantæ vires eius possunt esse
 natom: bene meritum esse confidam: quum suis comen-
 tariis hæc epistolas virorum illustrius illustrabit.

¶ **C**um pronomine istud pronomen
 tuum vel vestrum: & cum pronomine
 hoc meum vel nostrum ab
 illustribus atatis nostræ ora-
 toribus coniungi. Cap. CXLVIII.

Herm.
Barb.

Bapt.
Guar.

Ræceptione quadam iam meminimus vti pro
P nomen istud personam ad quã vel loquimur
 vel scribimus significet & pronomen hoc per
 sonam eã quę scribit vel loquitur. Caterũ tam voluptis
 fica est huius nostrę memorię oratorum amœnitas/tã
 amœna modulatio / tam que modulata suauitas: vt viri
 bus suis satis potens sit: quę cantibus quasi Syrenis au
 ribus meis delenifce blandientibus me adiciat: vt ex iti
 nere longo in diuersorium illud vnde pridem abscesserã
 denuo diuerterem. Igitur vt deliciis quas dicebam hæ no
 strę aures titillentur Pronomen istud quum personam
 sequãdam significat perpulcre pronome tuũ: si de vno
 loquare: si de pluribus vestrum adiscit: & pnomẽ hoc
 pronomen meum vel nostrum: etiã multitudinis habi
 ta ratione. eo tamen ordine vt istud vel hoc pronomini
 alteri præponatur: nisi auris tua ordine alio digerẽdum
 suaserit. Vt tua ista humanitate confisus literas, ad digni
 tatem tuam mittendas suscepi. Ista vestra benuolẽtia cau
 sa est: vt laborem nullum pro vtilitate vestra recusẽ. Tua
 ista ROB. D. ETER virtus vna cun liberalitate ea qua
 me sacerdotio Marię Bouangẽ imeritũ donasti me impu
 lit vt has nostras (quantulęcunque sint) lucubrationes
 nomini tuo dicarẽ. Hic meus erga te amor est maximus.
 ¶ Delectatus sũ vehẽter tua isthac probitate: qua neq
 tulisti ægre te commoneri: & rogasti: vt de cæteris idem
 facerẽ quia eis te gratiam habere profitearis: qui ab erro
 ribus te vindicauerint. ¶ Facile possum tuas istas cap
 tiones in te. *αυριστρεφειν* id est contrauertere. Quos
 mhi tanta ista seu iudicia seu studia vestra admouere as
 culeos, immo vero quos ad scribendum subdere stimu

B. Guar.

Idem.

los debet: Hæc nostra præceptio exemplar tibi fuerit: quo
similes multas orationes fingere possis facilius: quibus
ista hoc est latina tua lingua splendet nitidius.

¶ Quod is pro talis/ & quis pro qualis
orationem venustent. Cap. CXL VIII.

IS pro talis & quis pro qualis oratoribus & recē
tioribus & reliquis (vt ex eorum lectione multa
compertum habemus) nō inueniunt vsurpatur:
Non is sum: quem vno panis frusto conducere potesī
vel vtī loquar vel vtī taceam. Non est is qui turpitudinē
lucrum anteponebat. Tu is es in quem hæc nostra ci
uitas tota oculos ob virtutis tuæ admirationem conii
cit. Non is fuit Lycurg⁹ in quem Spartana ciuitas tam
ardenti furore succensa irarum suarum faces quasi ful
mina iacularetur. Non is fuit Cicero publicæ rei patēs
optimus in quem. M. Antonii triumviri tam atra crude
litas sauire debuerit. Is fuit Cicero qui quum rei publicæ
laborati ocium peperit maximū: vbi ociaretur locū non i
uenit vllum. Tu is es quem iure optimo venerantur oēs N. Leon
Vtinam ego is essem quem vos tertium socium tantis re Picus
bus adiungere non indignum iudicaretis. Is es mi Ange
le (facessat adulatio) cui ex nostris vnus/ aut alter nā dicā
nemo: confetendus sit. Ad hanc præceptionem si nō nū
quam adcesseris: eam compositorum sis orationem: quæ
auditorum purgatas aureis demulceat. Pronomina hæc/
huiusmodi illiusmodi istiusmodi pro isto eodem signi
ficatu sepe vsurpantur.

¶ Pronomen id vel idem cum copulandi con
iunctione vocabulo proximo pondus
impensum adiungere, Cap. CL.

Memoria nostra nondum excidit illud: quod apud Laur. Vallam legebamus. Cuius verba hec sunt ex libro elegiarum secundo. In hoc (inquit) pronomine idem adnotavi quidam dissimile ab is. ibi potest addi copulativa hic non potest. Quod tamen adfirmare non ausim. Ut quacumque in sedem migrat apud rex in eam & apes ipsae comitantur. At si dicam in eandem: tollam copulativam: sicut in eandem apes ipse comitantur. Nam idem habet in se vim copulativam. Hec ille Vallae id adfirmare non audentis modestiam laudamus. Aliiter enim aliquanto dicendum putamus. Pronomen idem cum relativo qui/quae/quod/aut alio positum orationis vim auget: eiusdemque venustatem reddit praestantior: nec tamen copulativam coniunctionem desiderat. Quod Vallae dicendum erat. Ut benevolentiam tuam veneror: quam eadem semper observavi. Mutua Silvii & Boulaevillerii amicitia est maxima: quam eandem posteritati non ignotam fore confido. Iustitiam coniuncta est beneficentia: quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem adpellari licet. Quum autem vocabula duo coniunctione copulativa coniunguntur: vel & pro etiam (de quo dicturi sumus) usurpant: & id quod posterius est: pondere multo augere volumus: cum ea coniunctione pronomen idem: vel (si nomina fuerint) idem repetitum & in Cicero ne & in Gelio postea ferme semper observavimus: quam praecipue Vallae cognoveramus. Litteras tuas recepi: idque cum serenitate multa. Litteras tuas iucundas admodum eandemque humanitatis & benevolentiae plenas recepi. Tenioribus adesse soles idque opera tua vel pecunia. Ciceronem togatorum omnium eloquentia prudentissimum eundemque reipublicae tutorem acerrimum ac

Cic.

et mortis pro eadem contemnentissimum adcepimus.

¶ Quāquam te Marce fili annū iam audiēre Cratippū Cic.
idque Athenis abū dare oportet pceptis institutisq̄ phiæ
ppter sūmā & doctōris auctoritatē & vrbis: quorū alter
te scia augere pōt: altera exēplis. ¶ Quid suavius: qd cō: Nic. leō.
ducibilis eē i vita pōt: quā cū amicissimis/isdēq̄ & ite:
gerrimis/et vndecūq̄ docti/ssimis (q̄les vos estis) vivere?

¶ Pronomen q̄ i ablatiuo p̄ quomodo: itidē
& qui p̄ quo & quis pro q̄bus in vsu crebriore
adicipi eleganter. Cap. CLI.

Quoniam ex semitis/dein ex triuuis in musæa
frequentissima eademque literarū cultoribus
ornatissima lras politiores discessisse: ibique
habitare: non diuersari nemo nescit. Ab illo igit sermo:
ne triuiali nos quoque humanitatis studiosos in sermo:
nem musarum politiorē abire pretiū est operē. Triuiali
bus ei & semidoctis hoibus vocē illā quomodo p̄ spu:
rino significatu & adulterino vsitatorē eē audiuimus.
vt quō vales: quō scis patrē venisse: quō hostes vincere
potuisti: Sz plane doctis lraioribus crebrior est vocis q̄
vsurpatio. vt q̄ vales: Qui scis p̄ rez venisse: Qui hostes
vincere potuisti: Qui ad me lras nō dedisti: Qui vitiorū
turpitudinē nō eluis: ¶ Qui in mentē venit tibi isthuc Plau.
facinus facere tam malū: Multaque alia rōe p̄simili vsur
pant hi. q̄ s cū musis solet eē cōgressus. Illud p̄ter hæc
obiter dictū voluimus. vocē q̄ p̄ quo & quis p̄ q̄bus ab
ætatis nrę & poetis & oratoribus adicipi. Vt est vas meū
vitreum qui bibere soleo. Nec dices cū imperitis in quo.
Sicut nec dices ludit ad aleam: set alea ludit. Is est homo
qui familiariter semper vsus sum.
Ille olim habuit ignem qui signum daret. Plau.

¶ Pronomen qui/ quæ/ quod aut particula vt: cuius
pronome meus/ tuus/ suus/ noster/ aut vester: et
substantiuo nomine: atque verbo sum prope si-
gnificatū verbi soleo habere: & venustat em
multam orationi relinquere. Cap. CLII.

SET quoniam istos nostros oratores orationis plane car-
minatores eloquentia niuibus Vlysses cadis-
dore: ac mellea Nestoris lingua dulciore senti-
mus, ideo nos eos quasi Herculis illi Gallici (de quo
est apud Lucianum) catenis aureis ducti sequimur: eorum
vestigis quantum maxime possumus ingredimur: & vt
alii ingredi valeant: eis lumen adcedimus. Quomodo
dicere volunt vt soleo: vt soles: vel vt solet aut in multi-
tudinis numero quibusuis personis: ex illis oratione com-
ponunt pronome qui/ & alio deriuato: ex substantiuo
nomine: & ex verbo sum. Vt literas (vt beneuole soles)
ad me dedisti. Literas (quæ tua est beneuolentia) ad me de-
disti elegantius dicant. Pauperes omnes (quæ vestra est
liberalitas) opibus & consilio iuuatis. De literis (quæ tua
est bonitas) meritus es optime. Ornatam epistolam (quæ
tua est ingenii facilitas) ad nos misisti. Incultram & incho-
atam orationi mee (quæ tua est humanitas) facile puto igno-
sces. Diuitias omnes virtutis comparatione (quæ tua est
consuetudo) nullas esse iudicas. Iactura graui te perdere
volenti (quæ tua est Clemencia) igno uisti.

Plin Seq. ¶ Recipies ergo epistulas steriles & simpliciter ingratas: ac nec
illam quidem solent iam Diomedis in permutando mu-
nere imitari: sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis ve-
niam: quod se non mereri fatentur.

An. Pol. ¶ En tibi igitur librum mihi Barbate satis emendatum: ni fallor

certo veterem. Tu quum fueris vsus: ad me remittes: nō tam (quæ tua est diligētia) incolumem: quam doctissima ista notatum manu: quo pretium volumini aliquod ex te: atque autoritas adcedat.

¶ In aliena epistola tibi salutem transeuntur adscripse: Phil. Berā. Tu (quæ tua dixeritas est) euestigio me pepistolā resa roaldus. lutasti. Pro pronomine qui quæ quod pones non min⁹ eleganter particulam vt. Verbi gratia. ¶ Nobis Lauren An. Pol. tius (vt est homo tui studiosissimus) pro more auroritas teque mandauit: vt eam rem quam primum / quam diligētissime curaremus. Ad me epistolam (vt tua est in literis humanitas) dedisti elegantissimam. Compluria huiusmodi exēpla (quæ tua est ingenii prōptitudo) exprome.

¶ Verbū soleo si munditer vsurpetur quid in se habeat venustatis. Cap. CLIII.

Venire solet vt nobis in re quapiam gerunda properantibus thricæ quædam, quibus impedi amur proponantur. Ad portum enim velis & equis (vt dicitur) dum contendimus: verbum soleo me nolentem remorarur. Se enim grauitē ferre adseuerat: qđ præceptione hac superiore ex vsurpatione sui multum detraxerim. Rei huius ergo vt quid in se habeat venustatis in lucem proderemus: me compulit. Nobilitatis eniz paruitatem obscuritatis magnitudini longe censet anteponendam. Paucis igitur, verbis verbum hoc venustabimus. Quod domestice dici solet saepe ludit: saepe dolet: saepe ridet: & reliqua oia hoc genus: id ex Pithus cōtuberniis pulcerrimis: hoc ē oratoribus elegātissimis passim audis. Ludere solet: dolere solet: ridere solet. Homo adulescens qui literarum studia negligit senex poeniten:

tia locum relinquere solet. Qui diuitias consecrat⁹ ope
ram literis non impendit vllā; instabilis fortunæ volubi
litate volutari solet. Geminis sellis sedere volens: exclus
di solet vtraque. Qui literis inuigilās labori non parcie
vllō: is laboris sui messē dulcissimā metere videri solet.
Sexcenta hoc genus exempla spectatē orationis scripto
res vsurpare solent. Nihil enim (puto) dicere soleo qđ
ab oratorū vsu rejectaneum reperias.

Cic.
Valer.

¶ Animus hominis nō arca diues adpellari solet.

¶ Dominiū rerum collabi solet. ¶ Effigies maioruz
suorum cum titulīs suis iccirco in prima aditū parte po
ni solebant: vt eorū virtutes posterī non solū legerent:
set etiam imitarentur.

Idem.

¶ Præteritum imperfectū indicatiui saepe idēz
significare quod verbū solebat cum infinitiuo
verbi qđ erat imperfectū. Cap. CLIII.

HVSus dispalescit vulgatā illa priscorū parē
mia. Ne vnus quidē Hercules cōtra deos: Set
quorsū hæc: Quum in verbi soleo quasi ma
nus incidī: aliquot alia verba (e quibus vnū est verbo so
leo tanquam cognatū) perinde vt esse solent isti viaruz
obseffores furtim latentia nō respiciēbā. Quū vero hu
ius euasi illa mihi iniecerunt manus: nec stilū meuz me
alio vertere prius passi sunt: quam vt promissis starem
cōpulerunt. Aliquam em̄ limā nostræ politionē me
pollicitū fuisse oīa ore vno cōclamabāt. Qđ autē iustū
pollicitus sis: id irritū nō ē prætermittēdū. Eorū igit
splēdori reddēdo lima nra vacabit nō iuita: iuiti si nō
legerit lectionis cādida studiosi. Verbū itaque præteri
ti imperfecti tēporis modi indicatiui ab oratoribus qđ Cicero

nis aetate floruerūt & aliis p verbo solebat & indefinito
verbi ei⁹ qd̄ erat ī perfectū non inelegāter ponebat. Vt
Cæsar ne his qd̄ qui cōtra se arma gesserant irascebat
eisdē ad fidem suā cōfugiētibus ignoscebat. Apelles il
le piētior nominatissim⁹ diē nullā sine lineapræteribat.
Solō Atheniēsis iter sermones reliquos id ore versabat.
Tunc rege quū pmū didiceris regi. Sponsoni iacturam
nō deesse Chilo lexdemonius dicebat.

Cleobuli philosophi illud erat ænigima f

Est vnus genitor nati bona pignora bis ex.

Triginta cuius natæ: set dispare forma.

Hæ niueq̄ ad spectu: nigræque coloribus illæ.

Atque immortales omnes moriuntur ad vnam.

Periāder dicebat iis qui toto regnare vellent: sūma ope
nitédū: ut beneuolētia nō armis sit parētur. Thales Mile
sius triū maxime rerū causa gratias se fortunæ agere dice
bat. Primo qd̄ homo nō belua. Deinde qd̄ vir nō mulier
Tertio qd̄ Græcus natus esset nō barbarus. Carneades
academic⁹ scripturus aduersū stoici zenonis libros sup
iōra corporis elle bore candido purgabat: nequid ex cor
ruptis ī stomacho humoribus ad domiciliā vsque ani
mi redūdaret. Aphricanus Scipio nihil difficultus esse

Cic.

dicebat: quam amicitiam vsque ad extremum vitæ diem

permanere. **¶** Mutari etiā mores hominum saepe dice

Idem:

bat: alias aduersis rebus: alias ætate ingraue scente. At

que earum rerum exemplum ex similitudine capiebat

ineuntis ætatis: quod summī puerorū amores saepe

vna cū prætexta & toga deponerentur. **¶** Adcipite opri

mi adulescētes veterē orationē Architæ Tarētini magni

Idem.

...

imprimis & preclari viri: quæ mihi tradita est: quæ essez
adulescens Tarenti cum. Q. Maximo. Nullam capitalio
rem pestem quã corporis voluptatẽ hominibus dicebat
a natura datam: cuius voluptatis auida: libidines temere
& effrenate ad potiundum incitarentur. Hinc patriæ p:
ditiones: hinc rerum publicarum euerfiones: hinc cū ho:
stibus clandestina colloquia nasci dicebat.

¶ Verbum nego pro eo quod vulgo
aiunt dico quod non cum venustate
multa ponendum esse. Cap. CLV.

DE his verbis nos dicturũ breuiter polliciti su:
mus: ideo paucis admodum exemplis ad pro:
xima nos ipsi recipiemus. Quuz igitur dome
stico sermone dicis dico qd nõ: verbi nego fuerit elegã
tior vsurpatio. Vt dico quod tu nõ es fidelis. Te fidelẽ
esse nego. Dico quod generis nobilitas non est melior
quam bonarum disciplinarum scientia. Generis nobili:
tatem esse bonarum disciplinarum scientia prestabilio:
rem negamus. Cum virtute voluptatem commercium vl
lum habere negant omnes. Eum qui cupiditatibus suis
modum non imponit felicem negamus. Plato mundi
huius felicitatẽ pri⁹ fore negabat: quã reges saperẽt/aut
sapientes regnarent. Hominẽ eum cuius arca plena est
animus vero inanis diuitem esse negamus.

¶ Pati pro permittere plurimum habere
venustatis. Cap. CLVI.

Pati verbum pro eo quod ẽ permittere multuz
orationi dar gratia. Vt iniuriã amico fieri nõ
patiar. Filiorum animos lernam malorum esse
patres ipsi patiuntur: quum eis nimium indulgent. Scri

pta plurima nunc ab nobis desyderari antiquitatis illius
alioquē diligentissimæ incuria passa est. Patrem inedia
mori passus est. Ab inuidis obstrigatorib⁹ verborū atri
tate nominis qualencunque candorem circunueniri pa
tiar. Vt enim dura cos & obrusa ferruz acuminat: ita hæc
inuidorum atritas habet se nescio quid: cuius adactu
res fiunt nitidæ: nitidum tamen inuidum fieri posse na
tura non patitur. Natura inquam ipsa quæ oculum a se
ipso videri: quæ serpentem suo ipsius veneno interire
non patitur: rei cuiunque vin in se ipsam denegat. Sed i
se maiorem quandam vim habet verbum patior quam
permitto. Patior enim in ea ferme vsurpatione teritur
vt sit permittere: quum permitendum non videtur.

☉ **C**ote Thessaliæ rex Admete crudelis & diri fati crimi Valer.
ne sub magno iudice damnatum: qui coniugis tuæ fata
pro tuis permutari passus es.

☉ **A**udere & non dubitare in difficili re multaz
sibi querere gratiam. Cap. CLVII.

Quum réaliquā dictu/factu/creditu ve diffici
lem dicimus: verbo audeo vel non dubito si
vrimur: non incompositam esse orationez ad
seuerare non dubito. Vt Orestes in Clytemestram ma
trem scelestas manus iniicere ausus est. Tevnum ciuitatis
nostræ audeo dicere præstâtissimum. C. Blossius Cuma
nus faces in capitolium ferre non dubitasset: si Tiberius
Graccus qui cum amantissime viuebat & coniunctissime
côsuluisset. Nihil eē imūdo noīe tuo præstabilī⁹ adfirma
re audeo. Tuos quoq; castissimos igneis Portia. M. Cas Valer.
tois filia cūcta seclā debita admiratōe psequēt: quæ quū

apud Philippos victū & iterēptū vix tuū Brutū cogno-
sceres: quia ferrū nō dabat ardētes ore carbōes haurire nō
dubitasti: muliebri spiritu virilem patris exitū imitara.

¶ Quod habito urbē & habito in vrbe itidem
& colo dicamus latraliter: quodque aliqd habeāt
discriminis. Dein aliqua vsu cotidiano detrita
a semidoctis hominibus vsurpata. Cap. CLVIII

Qui in multa poetarum lectiōe & oratorum
sele exercitauerit: eosque autores bonos ad tē-
ta cura excusserit: poetas habito urbem/ & co-
lo urbem: oratores habito in vrbe & colo in vrbe prope
semper dicere non (puto) ignorat. ¶ Atque humiles ha-
bitare casas. ¶ Pallas quas condidit arces ipsa colat.

Virg.

Cic.

Macrob.

Plau.

¶ Habitatatur gratis in alieno. ¶ Orati illi tergemini
plane ac dilucide cū suis fabulati sunt: neque Auri cor- /
aut Sicanorū/ aut Pelasgoruz: qui primi coluisse in Italia
dicūtur: set aetatis suae verbis loquebant. eo flatu aquā
omnem in locis in quibus colebant exaruisse. ¶ Is illis
habitatū dicit. Significant autē habitare aut colere id
quod semidoctū vulgus hominum dicit moram trahere
vel manere. Quum nihil aliud sit morā trahere quā in-
uito remorari & detineri: vt multa ventorū & imbrum
pcella detineris: ne cito venire queas moram trahis. Ad
te quum volo scribere me nolentes impedit aliquis/ mo-
ram traho. Manere autem est stare/ stabilis esse/ vel quies-
cere. Vt homo nunquam in eodem statu permanet.

Mant.

Fidite virtuti fortuna fugatior vndis

Non manet: & certam nescit habere domum.

¶ Quod autem dici solet sub intersignio non satis las-
tine intersignium enim cassa est vox & nihili. Dices igitur

tur habito in ea domo vbi Diui Claudii insigne p̄det.
Set de hac re satis.

¶ Fido & confido alios apud poetas & alios
apud oratores regere casus. Cap. CLIX.

F Antuani superius hoc exemplum me admo-
net vt de verbo fido & confido pauca di-
cam. Verbum igitur ytrunq; in dandi casu
regit nomen substantiuum. vt confido patri fido cor-
poris viribus. Confido amicis. Homini mandaci pru-
dens vir non confidit. Virtuti quam diuitiis con-
fidere tutius est. Ciuib; suis quā aduenis quis po-
tius non confidat. Idque & poetis & oratoribus com-
mune est. Quum vero substantiuum nomen est aut ver-
bo aut adiectiuo significato & origine cognatum in a-
blatio saepe regitur ab hisce verbis & prope semper a
vocabulo confisus. Quod valde ē oratoribus frequēs.
Vt benevolentia tua confido. Ego humanitate tua
(quæ in erratis eluendis facillima est) confisus lite-
ras ad te scribendas suscepi. Multi memoria nostræ
adulescentes aut generis nobilitate aut diuitiarum mul-
titudine confisi literas ipsas hoc est nobilitatis vere ac
diuitiarum matrem negligunt / contemnunt / frustratim
habent / irrident.

¶ Conor & nitor aliquid habere discriminis.
Cap. CLX.

S Criptorū valde multorū monimēta sedula di-
ligētia iādiu excutimus: vbi discriminē illud p̄-
pe semp̄ obseruatum animaduertimus, vt co-
nari sit laborare frustra: niti vero aut eniti quum labo-
ris nostri futurus est aliquis (vt sic dicam) effectus,

Aliquando tamen particula frustra cū verbo conor adiū-
gitur ad sensum verbi magis augendum. Vt Gygâtes Io-
uem e cælo expellere conati sunt. i. multū laborauerunt:
id tamen facere nequiverunt. Multū iugo literarū studio
enixus sum: vt ad aliquam phamæ celebritatē nomen Sil-
uianum coniungerem. Alienæ virtutis splendore inuī-
dia obscurare conatur. Ah bone Deus quid homines
etiā maiestate regia confisi cū morte ipsa reluctari fru-
stra conantur: Ecce Lodoicus noster duodecimus regnū
Galliæ hoc est frugū hubertate fecundissimū: fructuum
copiā refertissimū: pratorū ac Siluarū virore amoenissi-
mi: abnudantia vini superfluentissimū: aeris bonitate sa-
luberrimū: virorum ad bellicam rē ardentium multitudi-
ne cumulatisimū: fide nobilitatis foelicissimū: omnigenę
scientiæ doctrinæ nitore ornatissimū: sanctitate religio-
nis integerrimū: christianæ fidei obseruatione illibatis-
simū: omnis denique rei quam in terris optes copiā peride
υικρασ αμαλθειασ i. cornu amaltheę ad fastidiū iūle-
catissimū: huius inquam regnū rex qui nullo hosti etiā iūi-
cto succubuit vnquam: telo fati leuissimo ictus Parisiis
hodie. hoc est calendis ianuarii morte sua Gallis omni-
bus lacrymabilem tristitiam reliquit. Anne ad tertium
calendas ianuarii quum niuis/pluuiæ/grandinis/vento-
rum procellæ horrendo admodum stridore stridebant:
quum fulgur visum est: quum auditus est simul tonare
Iupiter: telum hoc mortis certissimum evitare conat⁹ es
o Lodoice comunis omnīū parēs optime: Set an te mor-
tuum dīcturus sim ambigo. Talis enim vir: hoc est quū
cæteris animi dotibus: tū maxime liberalitate & clemen-
tia compositissimus: qualem te vnum memoria hac no-

stra conspiranter prædicat: credo: nõ moritur: set homi-
num numero subtrahitur consilio sanctorum adgregatur.
Ut plura alia describam: animus tristior argumetum sugge-
rit ampliter. Set me ipse propterea cõsolor: quia Francie
scilicet primum mihi cognominem virum ut robore illustrissimum:
ita animo humanissimum hæredem sibi Lodoicus noster reliquit.

¶ Contendo quid ornamentum adferat orationi.

Cap. CLXI.



Contendere pro laborare multum accipere: ne mo-
(puto) est qui ignoret. ut multo literarum studio
nomen tuum a mortalitate vindicare contendis.

Laudibus ampliter me commendare contendis. Contendere
pro certare verbis (quod dicitur vocabulo satis latino litigare
i. lites & processum agere) sæpe obseruamus. Ut nullus
est qui cum Eracino nostro de Francorum regno contendat. De
sacerdotiis quæ de hereditate multo plures contendunt.
Est itidem contendere pignore: rixando pignus aliquid
deponere velle. Ut tentare a tendendo: id est tendiculas
ponendo non (ut aliquem Synchronismi nostri doctissi-
mum audimus adseuerare) a tenendo originare. cum hoie
quouis pignore contendam. Nervos a cerebro non a cor-
de originem habere. Gallenus pignore ausus est contendere.

¶ Admoneo verbum cum genitiuo positum.

Cap. CLXII:

¶ Icet verbum moneo duos regat aduersarios:
tamen admoneo genitium pro aduersario
altero regit eleganter. Ut amicos utilitatis ad-
monere volo. Commoditatem suam eius admonitus qui
negligit: hominis appellacione indignus est. Admo-
neo te salutis. Admoneo te honoris. Admoneo te vale:

Macrob tudinis dictū est elegantius :quā admoneo te valetudis
nē. ¶ Horū copiam proferre nūc possum: ni tēpus ias
noctis propinquantis necessarię discessionis nos admo
neret.

¶ Edo es & non edo edis: & comedo comes
sep̄ius quā comedo comedis latine dici. Cap. cxlii.

¶ Lud & poetis & oratoribus esse genuinū eorū
monimenta documento sunt: vt edo/es/& non
Iedo edis & comedo comes sapius quā come
edo comedis vsurpāt. Vt comesse malo quā bibere

Virg.
Valer.

¶ Pracots fructus qui comest. is valetudini suę nō sa
tis consultit. ¶ Est mollis flamma medullas. ¶ Dioge
nes Syraculis quum holera ei lauanti Aristippus dixisse
ret: si Dionysio adulari velles: ista non esses. Immo (in
quit) si tu ista esse velles. Dionysio non adulareris.

Plau.
Idem.
Idem
Idem.
Macrob

¶ Quasi mus est alienum cibum.

¶ Es /bibe/ animo obsequere mecum.

¶ Dum mane est: omneis esse mortaleis decet.

¶ Qm̄quam illud est dulce esse & bibere. amor ama
ra dat De verbo comesse præter exēpla hæc que No
nius Marcellus citata: citat hæc volumus. ¶ Sacrificium
apud veteres fuit qđ vocabat̄ Proteruia. In eo mos erat.
vt si quid ex epul̄is superfuisset: igne consumeretur.
Hic Catonis iocus est: Nanque Albinium quēdam qui
sua bona comedisset: & nouissime domum quæ ei reli
qua erat incendio perdidisset: Proteruiā fecisse dicebat̄:
quod comesse non potuerit. id combussisse.

Plau.
Idem.
Idem.

¶ Comesse panem tres pedes latum potes.

¶ Sine modo venire saluum: quem absentem comes.

¶ Tam facile vīces: quam pirum vulpes comest.

Irascor tibi & non irascor contra te
dicendum, Cap. CLXIII.

Ne imprudens tu errares: erroris huius trivialis
te admonitū volebamus: vt cū verbo Irascor
nō adiungas aduſatiuū cum præpositione i/
vel cōtra/vel aduerſus: ſet datiuum. Vt irascor tibi.
Mihi pater iratus eſt, Prodigalitati tuæ irascor grauiſ.

Indulgere pro ignoscere ab ecclesiasticis vt eo
vtr̄ vocabulo latine dici. Cap. CLXV.

Indulgere p̄ veniā dare ab ecclesiasticis nō la-
tine dici ex Laur. Valla ad cepim⁹. In cui⁹ senten-
tiam pedibus non concedam. Vt enim patrem tū filio
indulgere dicimus: quū filium quicquid vult impune
agere patitur: aut ab ipſo filio perperā quid faciēte pœ-
nas non ſumit: ita bonū Deus nobis indulgere dicim⁹
tuū: quum peccatis noſtris ignoſcit. Nam quia iniqui-
tātū noſtrarum nō recordabitur amplius: ita quāſi im-
pune peccauimus. Et vt ancora quadā noſtra hæc ſcri-
pta tenacius figantur. Auſonii noſtri hæc ſunt verba in
precaſione matutina ad. Deum omnipotentē Puruſ (in-
quit) ab occultis quū te indulgente videbor Oīa deſpici-
tiā. Ergo igitur dices Stultitiæ tuæ indulgeo. Vitiis no-
ſtris indulgeat. Deus Hodie quoz regum trium ad ado-
randū, CRISTVM M. επιφαια vel α. i. aduētus ab nobis
celebratur: a comediarū actitationeſ quarū moſpari-
ſiſ ſolet eē plurim⁹ fit plane vocatio. Nam vt Lodoico
noſtro clemētiffim⁹ ille De⁹ indulgeat: ab eo deſpiciētes
mala: petim⁹. Te igit̄ regū rex: rex noſter ad te immorta-
lē adorandū hodie adueniat: per ampliffima Paſſionis

tuz merita obsecramus. set ad rem nostram nostra rede
 at oratio. Ab indulgendo indulgentia nunc: & quondā
 indulgitas (Si Nonio Marcello credimus) inflectebatur
 Pro quo significari Au. Gelius vsurpauit ignoscētiās.
 Cuius verba hæc sunt. Interdū tamen (inquit) quasi de-
 liquisse eos cōcedat. Ignosci postulat. Et ignoscētiās vt
 les esse rebus humanis docet. Idem gratiam & veniā aliis
 bi Gelius dicit. Au. Albinus veniam gratiam que male
 existimationis (si quid esset erratum) postulauit. Ora-
 re veniam est quod dicimus petere licentiam / facere co-
 piam est dare licentiam vt facio tibi copiam ludēdi. Vt
 coram te dicere possim oro veniam.

¶ Deprecari verbum quem habeat
 significatum, Cap. CLXVI

ARTICULAS aliquot esseprehendimus: quæ
 compositæ cum vno eodem que verbo modo
 significatum vnum habent / modo, contrariuz
 Vt infractæ fortunæ homines; sunt ii: qui fortunæ fla-
 tu neque sequūdo / neque aduerso frangi possunt: vt ab
 honestate ratione que discedant. Vir infracti animi: qui
 rebus nullis frangitur. Dein infractus pro valde fracto
 ponit. ¶ Turnus vt infractos aduerso mare latinos de-
 fecisse videt. ¶ Vescum autem quod ex ve particula &
 esca copulatum est vtriusque diuersæ significationis vi-
 capit. Aliter ei Lucretius vescū salē dixit ex edendi intē-
 tione: aliter Lucilius adpellat cū edēdi fastidio. Id ipsū
 in præpositiōe de cū verbo deprecor animaduertimus
 Quum eniz auget significatum ē valde precari. Vt abs
 te salutem deprecor. Ablatiuum enim cum præpositio-
 ne a vel ab regere potest. ¶ Multorum vitam a Sylla

Virg.
 Au. Gel.

Cic.

deprecatus est. ¶ Si quid deliquero: nullę sunt virgines Idem.
quę ab vobis deprecantur. Quid huic homini facias? Idem.
nonne concedas interdum: vt excusatione summę stul-
titię: summę probitatis studium deprecetur. Est præter
hęc deprecari prece adhibita aut quouis alio modo ex-
cusare deffedere/euitare/depellere/prepullare/abigere:
amoliri/aueruncare/abominari/detestari/execrari. V
supplicium deprecor. i. precor ne supplicia ferã. Culpã
deprecor. i. precor vt mihi ignoscas: vel vt culpam meã
excuses. C. Blossus Cumanus hospes familię nostrę quũ Cic.
ad me qui aderam cũ Lenate & Rutilio cõsulibus. in cõ-
silio deprecatum venisset: hanc vt sibi ignoscerem cau-
sam aderebat: quod tantı Tib. Gracum fecisset: vt quic-
quid ille vellet sibi faciendũ putaret. ¶ Quod quidẽ eo Idem.
fuit maius: quia cum in causa pari collegę essent nõ mo-
do inuidia pari non erant: set etiã. C. inuidiam Gracci
caritas deprecabatur.

¶ Nunc vero quis faciat Hortensius Auaricię ne cri- Idem.
mina frugalitatis laude deprecetur An hominem flagi-
tiosissimũ/libidinossimũ/iniquissimũ que deffedat
Horum partem maiorem Celio adceptam referimus.

¶ Næ tu Aule nimium nugator es: quum maluisti cul- Au. Gel:
pam deprecari: quam culpa vacare. Vallę rationem ide
coniectanti: quod Rhomani prisici deos aliquot vt ma-
la auerterent precati sunt: adsentior. vt/ Febri / Laribus
Fortunę malę apud Ciceronem: & apud Gelium Aue-
runco & rubigo honores diuinos fuisse habitos didici-
mus. In reliquis vero tuum sit iudicium. Nam quod il-
le dicit: non inepte dici. Bucephalum deprecari alios sel-
sores nisi regem: non satis adprobo.

Rescire quid sit: & quæ sit vocabuli
ratio: & quod Gellius a Valla impudenter
carpatur. Cap. CLXVII.

Qui factum aliquod occultius (vt ait Gellius) at
inopinatum insperatum que cognoscit: is dicitur
proprie rescire. Vt quem ego mihi credebam
amicum: si inimicum experior: eum mihi inimicum rescio. Te
mihi adulatorum esse rescivi. id est ego nunquam credidisti
se quod mihi aduersari voluisses. Temporis iacturaz te
facere si rescivero nihil quicquam pecuniæ ab me recipies
id est cognouero quod perdas tempus tuum: quod tamen
non credo. Vocabuli huius rationem Gellio ignotam hæc
esse coniecto. Vocabula multa in hæc nostra re latina
a significato sibi genuino iam longe progressa videmus.
Vt maturare primitus significauit quod neque citius fieri
ret: neque serius: set medium quoddam & reparam. Nunc ve-
ro quod festinatus fit id fieri mature dicitur. Vt reditu tuum
Deo maturet. id est cito redeas. ¶ Tu mihi dum ex eo parum
per operire me hic. Mi. quapropter. Da ita facto opus est.
Mi. Matura. Da. iam inquam hic adero. Et obesus pro
exili atque gracilento dicebatur: iam vero pro pingui & hu-
bere dicitur. Idem de vocabulo rescire dicendum esse arbitror.
Vt enim descire pro obliuisci Plautus in Mercatore hisce
verbis Athenæ desciverint usurpat: ita rescire proprie
id erat scire quod iam obliuifueramus. Ad hanc autem quam
prius diximus significantiam vocabulum illud euagatum
est. Nec non modeste fero grauissimam illam Gellii censuram
censeri ab Valla non satis graphice. Quis enim Gelliana
illa monumenta legens de Dedalo aut perseo volante: aut
Thage ex aratri sulco subito adparente intellegat. Am:

Terent.

plius quidem (fateor) significatum vocabuli his ver-
bis declarat Valla. Est (inquit) proprie rescire rem postea
quaz est gesta scire: quam nescire is quum gereretur: pre-
sertim ad te tuos ve pertinentem. Hæc ille. Sed carpen-
dus in ea re non erat Gelius.

¶ Aduerbia prope verba ponenda
esse. Cap. CLXviii.

ADuerbia iuxta verba quoniam ponenda esse
censemus: ex verbis in aduerbia proxime
diuertamus. ¶ Orationē compones nitidius:
si aduerbia verbis vel anteposita vel post posita ad hæ-
reant. Vt cum hominibus his qui se fortunæ temerita-
ti non committunt præclare actum putamus. Ea est huma-
næ conditionis procliuitas vt se homines tunc viuere
feliciter credant: quum sibi pecuniam multam in arca cõ-
stipant. Amicitia nostræ memoriã recole iucunde.

¶ Qui dormiunt libenter: sine lucro & cum malo qui Plau.
escunt. ¶ Cotidie pridie caueat homo ne faciat qd pi- Idem.
geat postridie. ¶ De participiis & adiectiuis idem vt de
verbo sentimus Vt Cicero orator insignis admodum:
Amicitia nostra imprimis memoranda.

¶ Malū aduerbiū interposita indignationis apud ce-
leberimos autores frequens esse. Cap. CLXix.

Malū autem a Bapt. pio figura eloqui eloquutilis
pquã lepida: & in medio orationis poni cõsue-
uit ea ratione qua Virgilius nephas vsurp: & aduerbiū
est malū. Vt in parentes (malum) iniicere manus non du-
bitasti. Virtutis alienæ claritas tibi (malū) odiosa est.
Amici personā gerens inimicitias (malū) contegis. Vbi-
quunque es: ibi ē turpitudinis omnis (malū) scaturigo.

Cic. Quænam (malum) est ista voluntaria seruitus?
Ti. Livi⁹. Quid (malum) est imperantibus nolle parere?
Plau. Quid (malum) non sũ ego seruus Amphitryonis Sotiæ?
Quo id (malũ) pacto potest: Non aut̃ interponitur ma-
lum (vt ait Donatus) nisi oculis conuersis in eum qui id
quod reprehendimus dixerit fecerit ve. Nec est malum
interiectio autore eodem.

¶ Certatim quid habeat significatus quidque
ponderis, Cap. CLXX.

Certatim a certando originãs adeo pulcrum est:
vt eo certatiz scriptores vti videant. Significat
autem certatim prope idem quod certando q̃s
melius/vel amplius/vel sapius dixerit fecerit ve id qđ
dicimus. Vt Xenophon & Plato certatim scripserunt:
id est Xenophon vt melius & amplius quã Plato scribe-
ret. Et Plato itidem Xenophontem eadẽ re superare con-
tendebat. In politionibus literis discipuli Siluiani certa-
tim proficiunt. Te laudibus certatim cumulant omnes.
Obsequii magnitudine amicitia simplex certatim se p-
uocat. Pretii multi vestibibus certatim Galli se cõponunt.

¶ Forſan / forſitan / forſaſſis / & forſaſſe /
& poetis & oratoribus / non æque vſitata,
Cap. CLXXI.

Quatuor illas particulas forſan / forſitã / forſa-
ſis / & forſaſſe / eiuſdẽ eſſe ſignificatus nemo
neſcit: eiuſdem tamen vſurpationis eſſe negãt
ii qui & poetarum & oratorum monumenta
diligẽter excuſſerint. Forſan enim & forſitan magis poe-
tica: forſaſſis oratorum: ſet forſaſſe vſu multo frequen-
tiorẽ ab oratoribus teritur.

¶ Ut forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Virg.

Forſitan vtilius quam tu tibi conſolet aura. Nec negare volumus. Ciceronẽ hiſce vocibus aliquando uſum fuiſſe & Laſtantium ſæpius: ſet de uſu crebriore hic loqmur

Orat.

¶ Quid erat Aphricanus indigens mei? minime hercule Cíc.

At ne ego quidem illius: ſet ego admiratione quadam virtutis eius: ille viciffim opinioẽ fortaffe nõnulla quaz de meis moribus habebat me dilexit: auxit beneuolentiã conſuetudo. Præceptionis huius fortaffe te non poenitebit. Si Gelianos codices & Ciceronianos ſæpius euoluẽris.

¶ Vti p vt poſitum eſſe non illepide/etiam ſi nulla eſt ſimilitudo. Cap. CLXXI.



N Gelianis noctibus qui lynceis (vt dicitur) oculis inſpiciunt: illud ſibi obuũ cognoscẽt ſæpius: vti particula vti p vt poſitum ſiue ſimilitudo ſit aliqua ſiue nõ: ponat. Vt ad te li-

teras dedi vti animũ erga te meũ cognosceres. Opera literis impendenda eſt maxima vti futurae ſint ornamento ſi fuerimus diuites: ſin pauperes ad eas noſtrum ſit perfugium. ¶ Iulius Higinius in libro de vita rebus: que illuſtrum virorum ſexto legatos a Samnitibus ad C. Fabritium imperatorem populi Romani veniſſe, & memoratis multis magnis que rebus quæ bene & beneuole poſt redditam pacem Samnitibus feciſſet: obtuliſſe dono grandem pecuniam: orasſeque vti adci-peret/ vteret que. ¶ Demoſthenes cuz interrogasſet Ariſtodemũ actorem fabularum quantũ mercedis vti ageret adcepiſſet: & Ariſtodemus talentum recepiſſet. At ego plus (inquit) adcepi: vt tacerem.

Aul. Gel.

¶ Quod diu & multum posita simul ac
sape & multum pondere multo honorent
orationem. Cap. CLXXii.

ILLVD Ciceroni domesticum nouimus ut ad
uerbia d u duo & multū graue pondus oratiōi
addant. Nec leuiore premitur honore si sepe &
multum itidem simul ponantur. Ut Quid ad te scriberē
diu & multū cogitauī. Quæ apud me collocaueris bene
ficia diu & multum mente reuoluo; & quæ ratione gratiā
parcum ego referre valeam sape & multū agito. Sape &
multū hoc mecū cogitauī boni ne an malī pl⁹ adtulerit
hominibus & ciuitatibus copiam dicens; ac summum
eloquentiæ studiū. Herculem prodicus dicit (ut est apud
Xenophontē) quū primū pubesceret (quod tempus
a natura ad deligendū quam quisque uiam uiuendī sit i-
gressurus datum ē) exisse in solitudinem; ique ibi sedē-
tem diu secum multū que dubitasse: quū duas teneret
uias unā voluptatis; alteram uirtutis utrā ingrediētes.

Cic.

¶ Nomen aliquando poni elegantius
quam aduerbium. Cap. CLXXiii.

Duerbiū quātitatē qualitatem ue significās
ab noīe ad actiuo pductū quū in orōne ponit
A si loco ei⁹ adiectiuū nomē eodē manēte ora-
tionis scētu collocaueris orationē scribes honestiōre. Ut
hominū necatio iscitia medicorū auticuria sit crebrior
ubi dici solet crebrius. Immeritis nobis tu iniuriā intuli-
sti. Me indignū uituperasti. Merito tibi gratias refer-
er nō posse. Sapit felix; qui fortunæ incertæ suæ nō com-
mittit negocia. Miserū uiuere sentimus eum; qui diuis-
pas res humanis postponit. Ad præceptionis huius ex

exercitationem exēpla multa aditū tibi dabunt faciliorē.

¶ Participium pro nomine quando
ponendum. Cap. CLXXIII.

Participium operæ faciendi nobis videtur: si etiā participia nonnunquā ut nomina adicipi dicamus: Nec aliud hoc loci dicendum adsumo: nisi quōd a verbo verbale (ut grāmātarum vocabulo utar) nomen aut nō deduci potest: aut si potest: auribus aliquāto durius sentitur. tunc participium presentis temporis ut nomen adceptū orationē venustat. Et genitium relicto verbī sui casu tunc regat. Ut metuo lupinis caret: sic circo nullum potest creare nomen verbale in or. Dices igitur paupertatis metuēs. Vidi tē adpetēs. Quia adpetitor delicatarum aurium teneritatē laderet.

¶ Profecto mihi diceris hominem esse mortale animal rationis & scientie capiens. ¶ Neque corpus proprie plenum dixeris: quod quōd sui sit impatiens effluendo alieni adpetens est hauriendo. ¶ Cuius cupiens maxie est. ¶ Vendite eum domino: hic diuiti cuidam seni cupienti liberorum: osori mulierū. Alias etiā imitationem hāc fieri videm⁹ ut amās vini obseruatissimus aequi.

¶ Quod particula ut adiūda cum verbo
elegantēr deleatur. Cap. CLXXV.

Ex participiis ad cōiunctiones in hoc precepto
rum quasi pelago vela vertimus. Coniunctio
nem ut adiūda quōd verbis puto/credo/arbitror/ spero/ fateor: aut quōd is aliud simile quē per par
thesi penā si oīno atiquamus cādidior fit oīo. Ut pa
ter ad me nullas (puro) scripsit literas: elegāt⁹ quā ut pu
to dixeris. Nemo quōdquā ē ex nostra ciuitate fateor quē

magis reuerendum mihi censeam Hi nostri labores posteritati (spero) utilitarem adferent. Exempla alia facile (arbitror) compositurus sis, quem dicendi modus apud recentiores sapius quam apud alios reperias.

Cic.
Idem.

¶ Hoc enim opus in apertus (vt referas) nihil postulo
¶ Saepe laudabo sapientem illum Biantem (vt opinor) qui numeratur inter septem sapientes.

¶ Particulas quum/dum/si/vt/ne pro non positum orationis partem primam rareter occupare. Cap. CLXXVI.

ORATORum lima si orationem componere volumus hasce quum/dum/si/vt/ne pro non particulas in orationis fronte rareter admodum ponemus, set sapius verbo herebunt. Vt literas tuas quum recepi; ea sum adfectus laticia: vt te presentem praesens adloqui mihi viderer. Quid tibi est animi si nouissem res multo secus, gereretur. Laborem multum ne exantemus opera in literis multa ponenda est. Ad maleam quum deflexeris domesticorum tuorum obliuiscere: Corinthesem fontem & Pyreneum si vino scateat interbiberet.

Cic.
Idem.
Idem.

¶ Nulla est excusatio peccati si amici causa peccaueris. ¶ M. Antonius auorum & auunculi sui consulatum si imitaretur; fortunatior videretur. ¶ Ego si quid in vitam eius aut in mores contumeliae dixero: quo minus mihi inimicissimus sit non recusabo

Idem.

¶ Potentes consilii quum vtrumque ratione perpendere liceret: scelus pietati praetulerunt.

Valer.

¶ Sophocles etate iam senior: quum ab eo quidam quereret: an etiamnum rebus veneriis vteretur. Dii meliora (inquit) libenter enim isthinc: tanquam ex aliqua furiosa

Macrob

osa profugi dominatione. ¶ Quae si ex me audire gestis:

caue existimes diem vnam referendis quæ per tot dies
sunt dicta sufficere. ¶ Animæ dum corpore vtitur hæc Idem.
est perfecta sapientia: vt vnde orta sit: de quo fonte ve-
nerit: recognoscat. ¶ Facile omnes quum valemus recta Terent.
consilia ægrotis damus.

Summum ad gradum quum claritatis veneris. D. Laber

Consistes ægre: ne citius quam discendas decidas.

Cecidi ego: cadet qui sequitur. laus est publica.

¶ Plerique homines quum nihil refert: pud ent: vbi pu Plau.
dendum est: ibi pudor eos deserit. Idem

¶ Bene consultum: inconsultum si sit inimicis: vsu eẽ
potest. ¶ Annos natus exlaxinta qui erit (si quem sci- Idem.
bimus) seu maritum seu hercle adeo cælibẽ scortarier cũ

eo nos hic lege agemus: si ¶ Nõ potest quæstus iã cõsi- Idem.
stere: si euz sũptus superat. ¶ Malo si quid benefacias: idem.

id beneficium interit. Bono si quid male facias: aratem
expetit. Omneis bonos bonas que adcurate addecer: sus idem.

pititionem & culpam vt ab se segregent.

¶ Tũ & quum quomodo orationis
vim augeant. Cap. CLXXVII.



VM geminatum quando in oratione ponẽ-
dum satis (credo) ex Aug. Datho perspectum
habes: si vero tria sint paria tertium illud tuz
sequundo coniunctione & media poni solet. Vt tum
scientia tum iustitia & liberalitate præditus, Nouisti etiã
ex eodem quando quum pro partim & tum pro maxi-
me vsurpanda sint. Set illud nobis dicãdum putauimus
Particulam illaz cui tũ præponis significatus icremẽtũ
adci pere: si addas maxime vel præcipue aut supper
latiũ ali quod. Vt quum propter beneficia que apd

me collocasti tum maxime ob singularem tuam virtutes
te diligo.

Iustitiam cole & pietatem: quæ quum magna in paribus
Macrobius & propinguis: tum in patria maxima.

Claudis aut vituperii genus vniuersum & ex eo rei vniuersum
excellentiâ particulis quum & tum cum adiuncto exprimi. Cap CLXXVII.



quum ceteris oratoribus tum maxime Cicero
ni & Gellio illud esse vltimatissimum cognouimus: vt quum rem aliquam (vt sic dicam) generalis siue laudando / siue vituperando / aut quoduis aliud narrando dicturi sunt: & ab eo aliquid excipere volunt: quod generale illud exuperat. tunc particulis quum & tum vtuntur. Cum particula quum ponunt vocabula cetera / reliqua / alia / aut quoduis aliud genus: tum sepe addunt dictionem omnia. Quod exemplis manifestum sit. Si dicere quis velit. Tu es omni virtute & præcipue iustitia nobilitatus: elegantius dicat Quum reliquis virtutibus. tum iustitia nobilitatus es. Quum ceteros omnes meos amicos: tum maxime Boulainuillierum obseruatione multa prosequor. Quum aliis omnibus vitiis: tum maxime Luxuria mundus redundanter superfluit. Quum omnibus impietatis sceleribus: tum maxime pericidio manus tuas contaminasti. Quum vbi que in Gallia: tum Parisiis moerorem Lodoici mors ingenerat.

Cic.

Idem.

Luxuria quum omni ætati turpis: tum senectuti se dissimilima est.

Quum reliquis in rebus: tum in sermone comuni vi

cificitudine vtendum est.

¶ Quod quum vbique tum precipue Athenis intolle: Valer.
rabile videri debet.

¶ Per magna me (inquit) abs te posthumiane quod exa Macrobius: tum hoc maxime gratia fare or obstrictum.

¶ Quum pro quando & tum
vel tunc simul poni non
inſiſitate. Cap. CLXXIX.

QUOLVMINA Geliana & Ciceroniana quum
euoluimus: tum illud sapius obseruatum ani
mauertimus: vt particula quum pro quando
& tum vel tunc simul ponantur: aliquando sine media
vlla dictione: set rarius. Modo hoc modo illud tum p
ponitur: quum inter ytrumque aliquid ineriacer. Qua
leticia ego perfusus fuerim tum quum literas tuas le
gi verbis exprimere non possem: etiam si animo ver
ba suppeterent. Tunc diues est homo quum cupiditati
bus suis modum imponit. Quum enim animus indiget
tum diuitem censeat nullus. Hominibus nostris mos
ille est: vt quum rex noster nondum sepultus est: tunc ei
mortuo vt viuenti dapes regias offerant: excubias po
nant: oia denique ministeria prestent. Que huic Lo
doice nostro prestari partim videntur.

¶ Omnis predictio mali tum probatur: quum ad præ
dictio nem cantio adiungitur. Cic.

¶ Quum particule & quoque
etiam / vel / habeant euergia
& venustatis. Cap. CLXXX.

Tne laboribus nostris etiã in politionibus li-
teris partim consumatosiuuare nõ queamus:
illud quoque scribundũ adsumpsimus. Ora-
tionis rotundam breuitatẽ: hoc est paucis ver-
bis multa continentis venustatem: cõmendant plarique
omnes. Multa autem breuitas vsurpatione particularu3
et/quoque/etiam/vel: quaritur: hoc modo si dicas: non
vitam solum: set & animam p te fũdere non dubitarem.
Breuius & ideo venustius dicas. Pro te animã quoque
fundere non dubitarem. Mori etiã in patria grauissimũ
est. Concedere fato reges etiam & Pontifices maximos
videmus. In patriã quoque perfidia eius cognita est.
Viuere solent & quidem beatissime hi: quibus cũ diui-
tiis animi pbitas cõiuncta est. Literas tuas vel ornatissi-
mas lectitauĩ: Lectitata gaudio vel maximo me delecta-
runt. Praeceptionis huius tã crebra est vsurpatio: vt etiã
in literis myops facile reperiat si ex his quos nobis tres
elegimus duces vnum legendo excutiat.

Cic.

Propter virtutem & probitatem eos etiam quos nõ:
quam vidimus quodammodo diligimus.

Virg.

Carmina vel celo possunt deducere lunam.

Nec quoque vt copulatiua sit. coniunctio vsurpabis:

Ne quidem/nec quidem / vel neque quidem
esse significatus. prope eiusdem cuius & supe-
riora: set in oratione negatiua ponenda esse.
Cap. CLXXXI.

Qum autem similem dicturus sis orationem
quã negatiua sit: tunc particulas ne quidem
aut nec quidem vel neque quidem positurus

sis: eo tamen medio vocabulo quod adtenuationē maximam habere videbitur. Vt non tantum vitam pro te non funderem: set nec etiam pecuniam. Causa tua ne pecuniam quidem funderem. aut nec pecuniam quidē pro te funderem. Ne parentibus quidem obsequitur. Ne minimam quidē honoris tui delibationem amicorū causa passurus esses. Ne vna quidem literula me resalutasti.

¶ **C**ludenti militi sunt: qui nō modo pecuniam: set & vitam tam etiam profundere pro patria parati essent. Idem gloria iacturam ne minimam quidē facere vellent: ne republika quidem postulante. O Socratis immensa sapientia: quae ne ipso quidem vitæ excessu obliuisci sui potuit. Valer.

¶ **H**aec igitur prima lex amicitiae sancitur: vt ab amicis honesta petamus: amicorū causa honesta faciamus: neque expetemus quidem dum rogemur: set studium semper. adsit: cūctatio absit. Positum sine intermedio vllō tantum semel animaduertimus. Cic.

¶ **E**os ad rem publicam ne quidem adcessuros putant. Idem.

¶ **E**tiam si & tamen in oratione poni non incleganter. Cap. CLXXXIII.



Bi ponere cōsueuerunt quamuis aut licet: ibi non incōcinnē ponimus etiam si / aut tamen si / orationum mutato ordine. Vt quamuis nihil quicquam ad te literarum dederim: nō tamen beneficiorum quae apud me collocasti me capit obliuio. Beneficiorum: quae apud me collocasti: non me capit obliuio: tamen si nihil quicquam literarū ad te dederim. Nos publicae rei administratores: his quae nobis dicunt nihil quicquam moueamur, etiam si nobis indigna audiamus. Cū

perditis hominibus & illaudatis ego quibusdā quasi
philtris amatoris occupatus versandi finē non facio: ta-
met si Plutarchi parcemiam illā: Si claudus vicinus habi-
taueris: & ipse claudus ābulare disces: mecū sapius reuol-
uo. Alīnos multos nutricum stulticia perditis moribus
imbutos videm⁹: tamen si Plato nutrices admonuerit: vt
ne friuolas ac turpes pueris fabulas mandent: ne illorū
teneriores animos oīno vacuos corruptis morib⁹ ī-
buāt. Amicos quātā vires nostræ erunt adiuuare cōten-
dā: etiā si neglecta eā ob rē res domestica nō nihil habi-
tura sit detimēti. Qd̄ Cicerōi & aliis adeo frequēs ē: vt
ipsū ignoratur⁹ nō fuisse: etiam si hāc nostram præcep-
tionem non legisses.

¶ Quod particula nisi vsurpatio exceptionē mul-
tum latine significet. Cap. CLXXXIII.

BArbarorū phalanges: quæ fere totum orbē si-
gnis positis exultātes iā pridē occupabāt: ab
literosis hominibus exiguis sane numero: set
quibus est bello viuīda virtus: indies pederēt ī superāse:
& cū impedimētis oībus eiiciuntur. Vbi igitur illi dicunt
excepto: latinæ militiæ exercitatiores pticulā nisi vsur-
pant. Vt vos omnes nisi Ioannē cōdiscipulatu sēp ama-
uī dictū ē elegantius quā excepto Ioāne. De honorib⁹
& diuitiis oēs nisi philosophi cōtēdūt. Parētes oēs nisi
quos nature bonitas deseruit filiis honorē quā sibi ipsi
comparare malunt. Nemīnem plane sapientē nisi Socra-
tem stoici crediderunt. Scriptores prope omnes nisi se-
midocti/exempla tibi multa suppeditabūt.

¶ Alioqui pro excepto quod/venuste
vsurpari. Cap. CLXXXIII.



Vum vero hi quos in literis cultioribus parū
admodū cultos nouimus dicūt: est vir bonus
excepto quod est aliquantum auarus. ii qui-
bus est lingua politior ab illo dicendū genere (puto) nō
discedēt. Est aliquantū auarus homo: alioq morū boni-
tate absolutissimus. Hęc in re mihi nocuisti: utilitatis
meæ alioqui studiosissimus. Id est utilitatē meam sēper
desyderasti nisi in hac re. Amicorū causa peccare nolo
eiusdem alioqui obsequentiissimus. Eriphile alioqui
fidissima coniux maritum suum Amphiaräum monilis
amore prodidit. Vlysses nō Agamenonem: vt Cicero
scriptor alioqui grauissimus errat: portentū illud serpē-
tis passeris octo & earū matrē deuorātis apd̄ Homerū
pronunciat.

Qd̄ i diuisæ rei pteis enumerādo nō sit vtēdū
particula scilicet aut videlicet. Cap. CLXXXV.

Etatis nostræ homines in literarū nō satis ad-
curata lectōne exercitatos i particularum sci-
Alicet & videlicet vsu non parū multū exercita-
tos animaduertimus. Quū enī generale aliqd̄ diuidūt:
parteis eius enumerando solent ponere. aut scilicet aut
videlicet. Hoc modo quatuor sunt virtutes: prudentia
scz iustitia. &c. Qd̄ ab eloqui latialis castitudie lōge ali-
enū eē deprehēdet is: qui Duos artis orne p̄icipes. Ge-
liū & Ciceronē legerit & id p̄cipue si libros Rhetorū
eiusdē ad Herenniū p̄ trāsennā (vt dicit) inspexerit.
Dices igit̄. Duo sūt quę absoluta literarū cognitio
nobis pariunt diuitiarū amplitudo & nominis immor-
talitas. Gratia tres poetarum commentis dicunt̄ Aglaia
Thalia/Euphrosyne.

- Cic. ¶ Dux res quæ langorem adferunt cæteris Scipionem acuebant: otium / & solitudo.
- Idem. ¶ Qui parti ciuium consulunt: partem negligunt: rem perniciosissimam in ciuitatē inducunt: seditionem atque discordiā.
- Aul. Gel. ¶ Pub. Crassus Mutianus a Sempromio Aferione. & plarisque aliis historiae Romanae scriptoribus traditus est: quique habuisse rerum bonarum maxima & præcipua: quod esset ditissimus: quod nobilissimus: quod eloquentissimus: quod iure consultissimus: quod pontifex maximus.
- Idem. ¶ Ad Mansoli laudes decertandas uenisse dicuntur viri nobiles ingenio / atque lingua præstabili Theopompus / Theodectes Naucrites.
- Idem. ¶ Phauorinus solitus dicere est duo esse vitia multo oim grauißima ac teterrima intolerantiã & incontinentiam.
- Valer. ¶ Diuersi isdem visceribus adfectus ac medullis inclusis summa cupiditas & maxima uerecundia ad ultimam tabem corporis redigit.
- Idem. ¶ Crimina grauißima de filio in nouercam commissum stuprum & parricidium cogitatum propemodum explorata L. Gelius habuit. In uitii eius quod eluere volumus errorem memorię nostræ oratores etiam summatisimos incidere (puto) imprudentes audimus. Quum uero generalis illius partis enumeramus partibus hoc est uel id est non minus eleganter utemur.
- Cic. ¶ Quum duobus modis id est aut uia aut fraude fiat iniuria: fraus quasi uulpeculæ: uis leonis uidetur. Virtus que alienissimum ab homine est: set fraus odio digna maiore.

¶ Denique tum proprie dicitur: quum multa quæ restant summatum dicitur sumus.

Cap. CLXXXVI.

¶ Ultra in re aliqua secum non disconueniētia:
quum dicimus & eorū pauca iāz diximus: que
vero superant si plurima sunt: & verbo vno
complecti volumus: particulam denique nō inuenuste
præponemus. Vt liberalitate tua inopes adiuuas: cala-
mitosos erigis: amicos locupleras: vnam denique om-
nium beneuolentiā tibi concilias. Pauperes ne a diu-
tibus opprimantur libere tutaris: quod suum cuique est
redditum curas: iniuriā aliis illatam propulsa: nullus
denique iustitiæ titulus est: qui i te suos effectus ampli-
ter non recognoscat. Qui cum consuetudine mala non
depugnat: vbi castris positus illa oppugnat: set vt victus
herbam dat: vino se ingurgitat: dapibus ventrē late distē-
dit: veneris cupiditatib⁹. finē nō sponit vllū. nulla deni-
que intemperantiæ pars est ad quam laxissimis habenis
non decurrat. Ciceronis Architræ de vituperanda volu-
ptate sententiā referentis verba sunt.

¶ Hinc patriæ proditiones: hinc rerum publicarū euer-
siones. hinc clandestina colloquia eū hostibus nasci di-
cebat. Nullum denique scelus: nullum magnum faci-
nus esse ad quod suscipiendum non libido voluptatis
impelleret.

Despectus tibi sum nec qui sim quæris Alexi:

Nil nostri miserere: mori me denique cogis.

¶ Ad summam vel summatim aliquando ponitur: vt ad
vltimum vel ad postremum pro tandem positum ob-
seruauimus.

¶ Dein/exin/deinde/subinde / p sequendo
posita esse eleganter. Cap. CLXXXVII.

& iii

Cic.

Ultra separatim ordine digerēdo quum narra-
mus: ubi sequundo dicere volumus: ad ora-
torum exēplar ibi dein/velexin/vel deinde/
vel subīde dicemus. Ut orator absolutus euadere si cō-
tendis: primo artem noueris: deinde quisnā sit peritissis
morum vsus ad tēdas: postremo exercitatione multa eos
imitari labores. In omni autē actio ne suscipiēda: tria sūt
tenenda. Primū vt appetitus rationi pareat: quo nihil est
ad officia cōseruāda ad cōmodatius. Deinde vt animad-
uertatur: quāta illa res sit: quam efficere velimus: nec ma-
ior neue minor cura & opera suscipiatur: quaz causa po-
stulet. Tertium est caueamus vt ea quæ pertinent ad libe-
ralem speciem & dignitatem moderanda sint.

¶ Ergo & igitur p causa adcepta genitiuū regere &
nō poetis solum vsurpanda. Cap. CLXXXVIII.

Virg.
Cic.

T. liuāis .
M. Cato

¶ Ergo & igitur p nomine gratia id est causa nō
poetis solū ser & oratoribus atque historicis de-
prehendimus: ea que perinde vt nomina genitiuum re-
gunt. ¶ Illius ergo venimus' & magnos erebi tranau-
mus amneis. ¶ Mulieres genas ne radunto: ne vel lessū
funeris igitur habento. ¶ Apollināres ludos victoriæ
nō pestilentia ergo pstitutos. ¶ Mars pater te precor
quēso vti sis volens ppitius mihi/ domo/ familia que
mea: cuius rei ergo agrum/ terram/ fundum que meum
solitaurilia circumagi iussi. Preceptionis huius ergo nō
alienum censebis: si hac voce qui orationem suam cō-
posuerint audieris.

¶ Ergo itaque igitur sermonis continuatiuas
esse aliquando particulas. Cap. CLXXXIX.

Coniunctiones ergo & igitur pro causa adicipi
 (licet cōiūctiōnes esse tūc negemus) dicebam⁹.
 quū enim conclusiuae sunt & (vt ait donatus)
 rōnales: prius dictae rei causā & rōnē significāt. Cū eisdē
 in cōclūsiōne illas itaq; & ita/ita fit ponēdas eē nēo (pu
 to) nescit. Quod igitur dicturi sumus. id adgrēdiamur.
 Ergo & igitur a Cicerone adicipi & ab Au. Gelio sepe
 obseruauī: quū ante dictae rei causa nulla prors⁹ dicitur:
 sed futurū sermonem cū superiore tantum coniungit. Vt
 nullas ad te adhuc literas dedi: vt igitur quae causa fuerit
 non ignores: ad te scribo. Hanc igitur p̄ceptionē scri
 bo quo minorem carpendi nostri nominis partem reli
 quamus: Nos enim id ibi usurpatū sepicule habuimus
 Quoniam igitur demonstratum est. quas causas orato
 rem recipere oporteat. &c. Cuius rei p̄cepta nō parū Cic
 multa Ciceronis rhetorica exponunt.

¶ Propterea / scircō / ideo / ad hoc / eo cū particula
